

02371.

DE

# Erinnae Lesbiae

VITA ET RELIQUIIS

## DISSERTATIO,

QUAM

Amplissimi Philosophorum Ordinis,  
qui Dorpati floret,


Auctoritate

pro gradu Magistri AA. LL. rite consequendo  
publice defendet

AUCTOR

SERGIUS MALZOW

Moscoviensis.



---

PETROPOLI.

EX OFFICINA H. BENEZIL.

1836.

11050

PATRUO REVERENDO  
**I. A. MALZOW**  
TRIBUNO MILITUM EMERITO  
HOCCE PIETATIS EXIGUUM MONUMENTUM

SACRAVIT

VENERABUNDUS AUCTOR.

**Imprimatur**

haec dissertatio, ea tamen conditione, ut, simulac typis fuerit excusa, quinque ejus exempla collegio libris explorandis constituto tradantur.

*Dr. C. L. BLUM,*  
*O. P. h. t. Decanus.*



DEP. ART. LIB. MENA. MAI. A. 1836.

*FRATRI DILECTO*  
**I. S. Malzow**  
e Cubiculariis IMPERATORIIIS uni  
**D. D. D.**

AUCTOR.

**E**rinnam poetriam circa Olimpiadem CVII un. cum Xenocrate, Platonis et Speusippi successore, Cratete et Diogene Cynicis, cum Hipparchia Cratetis uxore, quae philosophiae operam dedit, et cum Demosthene rhetore floruisse, tradit Georgius Syncellus Chronogr. p. 260 A. ed. Par. Suidas vero T. II, p. 75 ed. Cant., cui assentitur Eustathius ad Il. β', 726, p. 699, ed. Polit., sive lexicographum hunc secutus, sive eodem, ex quo et Suidas sua hauserat, auctore usus, facit poetriam nostram Sapphonis Mytilenaeae amicam et aequalem. Cum autem hanc circa Olymp. XLII inclaruisset, Erinnae vitam in idem tempus referamus, necesse est. At huic sententiae adversatur Eusebius in Chronicorum lib. posteriori cum Syncello fere consentiens et poetriae aetatem anno ab Abrah. nato MDCLXIV Olymp. CVI, 4., assignans. Exstat etiam Plinii locus H. N. XXXIV, 8, qui his Syncelli et Eusebii

testimoniis fidem facere videtur. Plinius enim de claris statuariis, qui Ol. LXXXVII floruerint, disserens, inter eos et Myronem, Eleutheris natum, Ageladis discipulum, numerat, quem cicadae ac locustae monumentum, Erinnae carminibus celebratum, fecisse tradit; quibus quidem e verbis, poetriam nostram Myrone fuisse posteriore aut certe ei aequalem, consequens est. Atque habemus epigramma in cicadae et locustae tumulum Anthol. III, 24, 8, quod ex lemmate codicis Vaticani p. 239 et in Planud. p. 265 Anytae vel Leonidae adscribitur, ab Ursino vero, Oleario et Wolfio, Plinii loco supra allato in errorem inductis, Erinnae falso tribuitur. At nemo tam caecutiens aut credulus est, ut putet, Plinium, M. Varronis sententiam secutum, eruditissimum atque sagacissimum auctorem tanta ignorantia aut negligentia fuisse, ut de Myrone statuario acciperet ea, quae manifeste ad Myronem puellam, cicadam et locustam, delicias suas, eodem tumulo condentem, pertinerent. Quae quum ita sint, Erinnae carmina, quae Plinius l. c. commemorat aut, ut pleraque antiquitatis monumenta, tempore intercidisse, aut alii certe cognomini poetriae, cujus scripta aetatem non tulerint, tribuenda esse, sequitur. Quodsi ex Plinii verbis concludere liceret,

ut recte observavit Brunckius Lectt. et Emendatt. ad Anal. p. 37, Anytes vel Leonidae epigramma illud, de Myronis isto monumento agens, ob argumenti similitudinem Erinnae deberi, non suppeteret idonea causa, cur et Argentarii ep. XXIX Anthol. Jac II, p. 249, ubi ejusdem rei fit mentio, Erinnae abjudicaretur. Sed ut haec Plinii sententia per se admodum est probabilis, ita commode conciliari potest cum Tatiani verbis, scribentis Orat. adv. Graecos, sect. 52, p. 113 ed. OX: "Ἐρινναν τὴν Λεσβίαν ἑχαλκώσθησε Ναυκύδης. Qui locus, si comparatur cum Plinii de hoc celebri statuario verbis, gravissimi est momenti ad statuendam certisque limitibus definiendam Erinnae aetatem. Quum enim illa Myronis, qui teste Plinio Ol. LXXXVII floruit, locustae et cicadae monumentum carminibus suis celebrasse, et a Naucyde, quem itidem e Plinio H. N. XXXIV, 8. circa Ol. XCV inclaruisse intelligimus, in aere repraesentata esse dicatur, facere non possumus, quin Suidae, fabellarum sectatori, temere omnia undique corradenti, et Eustathio hunc saepe numero compilanti, qui aliam quandam Erinnam, nulla re, nisi quod inter caeteras Sapphonis amicas et sodales numeraretur nobilem, pro cognomine illa eximia

poetria sumpserint, omni modo refragemur, atque Eusebio et Syncello poetriae aetatem circa Ol. CVI vel CVII statuentibus, adstipulemur. Naucydem enim, qui floruisse, non mortuus esse Ol. XCV, dicitur, et undecim tantum Olympiadum intervallo ab Erinna sejungitur, supremis suis temporibus poetriae aetatem attigisse ejusque imaginem fecisse, credibile est. Nam si statuarium illum vicesimo aetatis anno inclaruisse putemus, nil profecto obstat, quo minus eum Ol. CVI, in quam summum Erinnae gloriae fastigium refertur, vergente jam aetate et fere sexaginta quatuor annos natum poetriae aeneam statuam fecisse, conjiciamus. Naucydem in primis Mercurio, Discobolo et viro arietem immolante censi, scribit Plinius l. c. Idem statuarius a Pausania ll. 6 et 2 Mothonis Atheniensis filius dicitur, et Euclea Rhodium, Baucidem Troezenium, Heben in delubro Mycenis adjacente et Hecaten Thebis fecisse perhibetur. Exinde quivis intelliget, quam levis et arbitraria sit Welckeri sententia, (Meletematis e doctr. antiquit. Crenzeri part. 2, p. 8.) temere in Suidae et Eustathii verba jurantis, et omnem fidem Eusebio et Syncello propterea abrogantis, quod de Erinnae aetate testimonium non in Graecis Eusebii, sed apud ejus

interpretem Latinum, Hieronymum, legatur et quod Erinna, quum a Syncello digna habita esset, quae in chronica reciperetur, ab aliis tamen scriptoribus, qui apud eum poetriae aequales dicantur, non commemoretur. At equidem e silentio aliorum scriptorum de hac re nihil admodum concludi posse puto; sunt enim res plurimae eademque majoris adhuc momenti, quae ab hoc vel illo auctore memorentur, a ceteris vero omittantur. Neque alterum Welckeri argumentum firmitiori fundamento mihi niti videtur; nam, licet multa ab Hieronymo immutata et depravata esse quivis confiteatur, tamen hoc de Erinnae aetate testimonium cum Syncelli sententia congruens neque Plinii verbis debilitatum, ex illius ingenio esse profectum, nemo certe concedet. Jos. Scaligeri autem opinionem, Erinnae aetati ab Hieronymo indicatae non convenire, e nimio viri summi obsequio in Suidam et Eustathium ortam esse putamus. At non ideo hunc in modum disputare placuit, ut Suidae et Eustathii auctoritatem spernendam aut omnino rejiciendam decerneremus; sed ut eam Syncelli et Eusebii testimoniis postponendam esse, demonstrarem. Nam non id agebant scriptores illi, ut accurate omnia per sua tempora digererent et describerent,

sed id tantum pensi habebant, ut aliorum verba interpretantes, eorum, apud quos illa legerentur, vitam, aetatem, patriam obiter indicarent. Itaque admodum est credibile, quoniam saepius in epigrammatis, ut Cod. Pal. p. 387. Anal. T. III p. 261, et alibi, Erinna cum Sapphone aliisque graecis poetriis commemoretur, Suidam et Eustathium in definienda poetriae nostrae aetate esse lapsos, eandemque Sapphonis sodalem et aequalem fecisse. Attamen quum nemini istam opinionem obtrudere velimus, et Suidae atque Eustathii sententiae in suspicionem tantum vocari, non refutari possint, nihil aliud restat, quam ut, cum Jacobsio in Catal. poet. epigr. Anthol. T. XIII. pag. 890. et quibusdam aliis plures aut certe duas Erinnas, alteram Sapphonis amicam, alteram Alexandri Magni aequalem existisse credamus.

Major adhuc est scriptorum dissensio in indicanda poetriae patria. Stephanus Byz. s. v. Τήνος scribit haec: Νῆσος Κυκλάς, ἀπὸ οἰκιστοῦ Τήνου (MS. Τήλου) — — (ἔστι καὶ πόλις Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν, Τήνος λεγομένη.) ὁ πολίτης Τήνιος, καὶ τὸ

Θηλυκὸν Τηνία· ἀφ' ἧς καὶ Ἡρινα Τηνία ποιήτρια. Suidas vero T. II, p. 75. Ἡρινα· Τεία, ἢ Λεσβία· ὡς δὲ ἄλλοι, Τηλία· Τῆλος δὲ ἐστὶ νησίδιον ἐγγὺς Κνίδου· τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίαν αὐτὴν ἐδόξασαν· ἦν δὲ ἐποποιός· ἔγραψεν Ἡλακάτην· ποίημα δὲ ἐστὶν Αἰολικῆ καὶ Δωριδί διαλέκτῳ, ἐπῶν τ'· ἐποίησε δὲ καὶ Ἐπιγράμματα· τελευτᾷ δὲ παρεθένος ἐννεακαιδεκέτις· οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἴσοι τοῖς Ὀμήρου· ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφoῦς καὶ ἰσόχρονος. Eustathius his simillima profert ad II. β', 726: Ἰστέον δὲ ὡς ἡ ῥηθεῖσα Ἡρινα Λεσβία μὲν ἦν, ἢ Ῥοδία, ἢ Τεία, ἢ Τηλία, ἐκ Τήλου νησιδίου ἐγγιζοντος τῇ Κνίδῳ· ποιήτρια δὲ ἦν, καὶ ἔγραψε ποίημα Ἡλακατην, Αἰολίδι γλώσσῃ καὶ Δωριδί, ἐν ἔπεσι τριακοσίαις· ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφoῦς· καὶ ἐτελεύτησε παρεθένος· οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἐνάμιλλοι τοῖς Ὀμήρου· ἀπῆλθε δὲ ἐννεακαιδεκέτις· δήλωσις δὲ τῶν ῥηθέντων καὶ τὸ εἰς αὐτὴν ἐπίγραμμα τοῦτο. Vide Cod. Pal. p. 209. Anal. T. I. p. 218. 35. Haec fere ad verbum exscripta sunt in Scholiis Anthologiae I. 67, 14, at post Τηία librari, negligentia omissum est ἢ Τηλία; Recte Welckerus in Stephani l. c. uncinos apposuit ne ἀφ' ἧς traheretur ad urbem Laconicam, neve lector in eundem errorem

induceretur, in quem J. C. Wolfium et alios incidisse videmus. At quaenam sit haec Laconica urbs, quoniam nullum ejus apud ceteros scriptores reperitur vestigium, non aliter expediri potest, quam si putemus, Stephanum, soni similitudine deceptum, Τήνος pro Τενέα urbe Corintho 60 stadia distante, dixisse, quam quidem fortasse ideo Laconicam appellaverit, quod Laecedaemon per longum temporis spatium totius Peloponnesi atque adeo universae Graeciae principatum tenuisset. At cum hujus Laconicae urbis mentio pro digressionem habenda sit, neque proxime pertineat ad Erinnae patriam indicandam, quaestionem istam, quae referenda est ad Geographorum arbitrium, hic ulterius perquirere nil attinet. Tenos insula maris Aegaei, una e Cycladibus, Delo vicina, notissima est. cf. Strab. X, p. 487, Mela II, 7. Plin. H. N. IV, 18, 22. Schol. Apoll. Rhod. I, v. 1300, 1304, Clemens Alex. Adm. ad Gentes p. 18. In veteri Alexandri Severi nummo circa tridentem Neptuni serpente obvolutum legi: ΘΗΝΙΩΝ testatur Holstenius. Addi potest nummus Tristani T. II, p. 411. cum eadem epigraphe a Berkelio commemoratus. Scriptorum dissensio in indicanda Erinnae patria explicari potest per facillimam commutationem litterarum

ν & ε, quas in libris propter ductuum similitudinem saepe numero confundi, notum est. Neque improbanda est eorum opinio, qui putant Erinnae ideo Rhodiam appellari, quod haec insula in Teli vicinitate sita sit. Simillima est scriptorum dissensio de Sapphonis patria; consuluisse haud poenitebit hujus poëtriae fragmenta ab Ill. Chr. Fried. Nevio edita p. 3 et sq. Nolim equidem Welckero concedere, epigramma Cod. Pal. p. 319, nr. 710, Anal. T. I. p. 58, 2, fidem facere Stephani testimonio; plus justo enim tribuit Vir Cel. Heringae et Pauwii conjecturae Τηία pro Τηα, quod Cod. Palat. exhibet, legentium. Sed plura de hac re suo loco disputabimus. Ex titulo vero hujus epigrammatis: Ἡρίωνης Μιτυληναίας, quibus verbis in Agathiae collectione addita sunt haec: εἰς Βαυκίδα Μιτυληναίαν Ἡρίωνης συνεταίριδα, elicere voluit Welckerus, Erinnae Lesbum migrasse, quod, deficientibus omnibus veterum de hac re testimoniis, neque affirmari neque negari potest. Nullo modo tamen ex his turbis nos expedire possumus, nisi aut plures Erinnae cum Jacobsio et aliis accipiamus, aut unam, ortu Teniam vel Teliam, commemoratione Lesbiam, quae est Welckeri opinio, agnoscamus.

Levis est et merito a Welckero improbata Reiskii opinio Anth. Cephal. p. 213, Erinnae nomen cum spiritu aspero esse efferendum: ut enim a Philone, Philinam, sic ab Herone, masculino nomine, fieri femininum Herinam. At respicere debebat V. Cl. Erinnam praeter Doricam dialectum etiam Aeolica, in qua plerumque spiritus mutatur, usam fuisse, unde fieri potuit, ut poëtriae nomen, sicuti in carminibus ejus exhibetur, ita in alias dialectos sine ulla mutatione migraret. Quod ad nominis quantitatem attinet, illud monendum videtur, ultimam syllabam in recto casu ubique corripi et non nisi semel produci Cod. Pal. p. 387. Anal. T. III. p. 261., ubi tamen, uti consuleretur concinnitati, correximus Ἡρῆν' αὖ Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις. Nam productio brevis syllabae propter arsin in his brevioribus carminibus non tam facile obtrudi potest. Multum negotii poëtriae nomen, quod apud Propert. II, 2, 32, Burmannus, Volseius et alii restituerant, librariis facessivit amplamque criticis argutandi materiem praebuit. Est quidem versus mendis jam expurgatus hic: *Carminaque Erinnae non putat aequa suis*, ubi mira librorum discrepantia quae *Lirines*, quae *Lyrines*, *Lirinos*, *Liricis*. *Lyrnes*, quin adeo quae *quivis*

exhibentium. Scaliger autem haec omnia inepta esse animadvertit et *carminu aequaevis* correxit, quod F. G. Barthius, Broukhusius et alii receperunt. *Erinnes* legerunt Aldus, Muretus, Ursinus, Gyraldus, Harduinus, Gronovius, Hemsterhusius, C. Lachmannus, H. Paldamus L. II. El. 3, v. 22. et multi alii. Ita exaratum esse in pluribus Codd. Mss. testatur Welckerus. Litteram ν in poëtriae nomine geminandam esse colligimus ex Eustath. ad Il. II. 825, p. 357 fin. Μυρσῆνῃ διπλῆν ἔχει τοῦ ν κατὰ τὸ Ἡρῆννα καὶ Κόρῆννα.

Pauca sunt, quae e veterum testimoniis de Erinna colligere possumus. Nam neque de vitae conditione, neque de parentibus ejus aut cognatis, quidquam novimus.

Sed ut de his omnibus est summum apud auctores silentium, ita uno ore poëseos in carminibus ejus verneris summis laudibus cuncti celebrant. Eam tanto poëseos studio arsisse ut vel inter domestica officia, quae matris metu vel invita obiret, ingenio suo indulgeret in pangendisque carminibus operam collocaret,

discimus ex epigrammate Incerti, Cod. Pal. p. 387, Anal. T. III, p. 261, quod Suidam respexisse recte observavit Ill. Jacobsius; quam viri summi opinionem Welckerus Eustathii allegatione probari acute animadvertit:

Λέσβιον Ἡρίνης τόδε κηρίον· εἰ δέ τι μικρὸν,  
 ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κιννάμενον μέλιτι,  
 εἰ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι ἴσται Ὀμήρω,  
 τῆς καὶ παρθενικῆς ἐνεακαιδέκτεως,  
 ἢ καὶ ἐπ' ἠλακάτη μητρὸς Φίβω, ἢ καὶ ἐφ' ἰστῶ  
 ἐστήκει, Μουσέων λάτρεις ἐφαπτομένη.  
 Σαπφῶ δ' Ἡρίνης ὅσπον μελέεσσιν ἀμείων,  
 Ἡρινν' αὖ Σανφῶς τόσπον ἐν ἑξαμέτρεις.

Eadem fere sententia exprimitur epigrammate Chri-  
 stodori Anth. V, epigr. 21, Ed. Hier. de Bosch.

Παρθενικὴ δ' Ἡριννα λιγύθροος ἔζητο κύρη,  
 οὐ μίτον ἀμφαφώωσα πολύπλοκον, ἀλλ' ἐνὶ σιγῇ  
 Πιερικῆς ῥαθάμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης.

Propter diligentiam et ingenii subtilitatem eam apem  
 flores decerpentem appellat Leonidas vel Meleager,  
 Cod. Pal. p. 209, Anal. T. I. p. 241. 81.

Παρθενικὴν νεαίδῶν ἐν ὕμνοπόλοισι μέλισσαν  
 Ἡρινναν, Μουσῶν ἀνθεα δρεπτομένην,  
 Ἄιδας εἰς ὕμναιον ἀνάσπασεν· ἢ ἔα τὰδ' ἔμφρων  
 εἶπ' ἐτύμως ἀ παῖς· Βάσκανος ἔσσ', Ἄϊδα.

Immortalem ei gloriam, ab oblivione eam vindicatu-  
 ram, pollicetur Sidonius Cod. Pal. p. 320. Anal. T.  
 II. p. 19 47.

Παυροεπὴς Ἡριννα, καὶ οὐ πολύμυθος αἰοδαῖς,  
 ἀλλ' ἔλαχεν Μούσας τούτο τὸ βαιὸν ἔπος.  
 τοιγάρτοι μνήμης οὐκ ἤμβροσταν, οὐδὲ μελαίνης  
 Νυκτὸς ὑπὸ σκιερῇ καλύεσθαι πτέρυγι·  
 αἰ δ' ἀναξίθμητοι νεαρῶν σωρηδῶν αἰοιδῶν  
 μυριάδες λήθη, ξεῖνε, μαραινόμεθα.  
 λαίτερος κύκνου μικρὸς θρόος, ἢ ἐκ κολοῖων  
 κρωγμὸς ἐν εἰαρηναῖς κιννάμενος νεφέλαις.

Neminem tantum nomen habiturum fuisse, quantum  
 Erinna consecuta foret, nisi praematura morte sublata  
 esset, canit Asclepiades Cod. Pal. p. 209. Anal. T. I.  
 p. 218. 35.

Ὁ γλυκὺς Ἡρίνης αὔτος πόνος, οὐχὶ πολὺς μὲν,  
ὡς ἂν παρθενικᾶς ἔννεακαιδεκέτευσ,  
ἀλλ' ἐτέρων πολλῶν δυνατώτερος· εἰ δ' Αἴδας μοι  
μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ' ὄνομα;

Grammaticos plurimum operae atque laboris in Erinnae carminibus collocasse, eademque tantopere in deliciis habuisse, ut poetriam ob paucos versiculos Homero aequarent, indicio est Antiphanis Epigramma, Cod. Pal. p. 550. Anal, T. II. p. 205. 5.

Γραμματικῶν περιέργα γένη, ἑξώρυχα μούσης  
ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται,  
τῶν μεγάλων κηλίδες, ἐπ' Ἡρίνην δὲ κομῶντες,  
πικροὶ καὶ ξηροὶ Καλλιμάχου πρόκυνες,  
ποιητῶν λῶβαι, παισὶ σκότος ἀρχομένοισι,  
ἔρροῖτ' εὐφώνων λαθροδάκναι κόριες.

Eam nunquam perituram chorosque inter Musas habituram auguratur Incertus, Cod Pal. p. 209. Anal. T. III. p. 261.

Ἄρτι λοχευομένην σε μελισσοτόκων ἔαρ ὕμνων,  
ἄρτι δὲ κυκνεῖω φθεγγόμενην στόματι,

ἤλασεν εἰς Ἀχέροϊτα διὰ πλατὺ κῦμα καμόντων  
Μοῖρα, λιγκλάστου δεσπότης ἠλακάτας·  
σός δ' ἐπέων, Ἡρίνα, καλὸς πόνος οὐ σε γεγωνεῖ  
φθίσθαι, ἔχειν δὲ χοροὺς ἄμμιγα Πιρίσιν.

Erinnam summas sibi comparasse laudes carmine quodam, Ἠλακάτη in scripto, trecentisque versibus, ut videtur hexametris, constante, qui ob dulcedinem et elegantiam vel cum Homericis comparantur, tradunt Eustathius, Suidas, Scholiasta Anthol. II. supra allatis. Ἠλακάτην, ut recte monuerunt Welckerus et Jacobsius, designare videntur epigrammata Asclepiadis, Chri-stodori, Antipatri Sidonii et Incerti Anal. T. III. p. 261 jam supra a nobis laudata. Acute observat Jacobsius Ἠλακάτης nomen Erinnae carmini adhaesisse ideo, quod a puella, colum versante, concinnatum esset. Haud raro enim poetae, quum fortunae malignitate ad servilem quandam artem exercendam cogerentur neque aliter poetico, quo arderent, studio gratificari possent, nisi in obeundis istis servilibus officiis, carminibus suis nomina imponebant, quibus quodammodo conditionem suam designarent. Ita nuper, id est, duobus fere abhinc saeculis, Adamus Billautus Franco-

Gallus, qui vulgo *maitre Adam* appellatur, opifex tignarius idemque poeta festivissimus, nominibus, quae ad conditionem suam spectarent, inscripsit carmina sua, ut *Clavi, Terebra, Runcina*. (les Chevilles, le Vilebrequin, le Rabot).

Erinnae cum Homero comparationis vestigia reperit Welckerus apud Eustathium in Od. IV, p. 1498.

37. Ἐγίνοντο γὰρ ὥσπερ ὄνειοι καὶ ἐλάφειοι, οὕτω καὶ νέβραιοι αὐλοί· ὡς δῆλον καὶ ἐκ τοῦ·

Νεβρείων ὅσσον σάλπιγγς ὑπερίαχεν αὐλῶν,

καὶ ἐξῆς· ἐν αὐτοῦτός ἐστιν ὁ νοῦς· ὅσσον ἢ σάλπιγγς ὑπερφωνεῖ τοὺς νεβρείους αὐλοὺς, τοσοῦτον καὶ ἡ ἐμμέλεια τῆςδε τῆς ποιήσεως εἶναι τῆς καθ' Ὁμηρον ἢ Ἡρίναιαν τὴν τοῦ δαίμονος. Idem initium esse Epigrammatis Antipatri Sidonii in Pindarum, Anal. T. II. p. 19. 48, observat Welckerus.

Erinnam virginem et in aetatis flore, utpote undeviginti annos natam, praematura morte absumptam esse testantur Suidas, Eustathius, Scholiasta Anthol. et epigrammata a nobis allata. Ad poëtriae virginitatem respexisse videtur Meleager in prooemio v. 12,

qui ceteris floribus, quibus coronam suam contexuerat, addidit.

καὶ γλυκὺν Ἡρίννης παρεθένοχρωτα κρέκον.

Laudatur etiam Erinna ab Antipatro Thessalonicensi Anth. I. 67. 8., qui ei locum inter novem poëtrias assignat. Erinnam nostram eandem esse cum Gyrinna, quam Maximus Tyrius XXIV. 9. p. 297, Ed. Davis. II, im numerum Sapphonis amicarum refert, opinatur Heinsius, ad Ovid. Her. XV. 17, non refragante Burmanno ad Propert. p. 227; at Davisius sine ulla offensione Gyrinnae nomen servavit et quidem merito, cum hanc puellam ipsa Sappho fr. XLII. Ed. Nevii inter suas amicas commemoret, Erinnae autem nusquam faciat mentionem. Probabilitatis quandam speciem habere videtur opinio Reiskii in Anthol. Cephal. p. 213, plures potuisse Erinnas esse, censentis, et inde discrepantiam auctorum circa Erinnae patriam ortam, potuisse tamen ex vitiosa lectione nasci opinionem, Erinnam Sapphonis aequalem et familiarem fuisse, quoniam a Maximo Tyrio Sapphonis familiaris appelletur *Γυρίννα*, ab Ovidio autem *Pyrino*, facili

litterarum confusione. Cf. Ovid. Heroid. XV. v. 15 et 16. Ed. J. Chr. Jahnii et varias lectiones ibi indicatas.

Ex scriptis Erinnae perpauca tantum fragmenta ad nostram aetatem pervenerunt, at talia, quae vel cum praestantissimis antiquarum litterarum monumentis comparari possint, sive vim et nervos dicendi, sive suavitatem et dulcedinem sermonis, sive denique poeticum ingenium spectes. Exstat enim praestantissima Ode *eis Ρώμην*, hucusque Erinnae adscripta, a Welckero vero et Langio in Actis Monac. II. p. 591 sq. ei abrogata, utrum jure, necne, mox videbimus. Praeterea tria ejus epigrammata tulerunt aetatem et leguntur in Anal. T. I. p. 58. quorum primum inscribitur *eis εικόνα παρθένου*, secundum *eis Βαυκίδα τὴν Μιτυληναίαν*, Ἡρίνης συνεταίριδα, tertium *eis Βαυκίδα τὴν νύμφαν, ἐν τῷ θαλάμῳ τελευτήσασαν*. Quod attinet ad duos versiculos ab Athenaeo servatos lib. VII. p. 283. D. et ab editoribus ante Schweighaeuserum, qui eos Erinnae vindicare conatus est, Corinnae adscriptos, eos huic reservandos esse putamus. Nam Athenaeus ipse se ambigere, cui adscribendi sint hi versus, confitens,

eos potiori jure Corinnae tribuendos esse designare videtur his verbis: Κόριννά τε, ἢ ὁ πεποικώς τὸ εἰς αὐτὴν ἀναφερόμενον ποιημάτων. Πομπίλε ναύτησιν πέμπων πλόον εὐπλοον ἰχθύς, Πομπεύσης πρύμναθεν ἐμὴν ἀδείαν ἑταίραν.

Oden *eis Ρώμην* quae vulgo Erinnae habetur, nuperrime Welckerus Melet. e doctr. antiq. Creuzeri P. II. p. 18 et sq, diligentius variis Stobaei editionibus excussis, poëtriae nostrae abjudicandam et Melinnoni adscribendam esse, probare enixe conatus est. Quum enim hoc carmen a Stobaeo Serm. VII, p. 87, Gesn. *περὶ ἀνδρείας* laudetur, ubi margini haec adscripta: *Melinnus, vel potius Erinnae Lesbiae in Romam*, in editione autem Nic. Schowii haec ode inscribatur: *Μελιννῶ ἢ μᾶλλον Ἡρίνη Λεσβία εἰς τὴν Ῥώμην*, colligit exinde Vir III. carmen illud Melinnoni esse tribuendum, et tenebrionem aliquem nominis obscuritate obstupefactum, adjecisse ista: *ἢ μᾶλλον Ἡρίνη Λεσβία εἰς τὴν Ῥώμην*, quae nihil aliud apud ipsum valeret, quam: *quae vel Erinna Lesbica i. e. summa quaeque poëtriae esset digna et scriptu quidem in Romam. non in fortitudinem, ut volebat Stobaeus*. At sibi

ipse non constat Vir eruditissimus in eo, quod, dum hujus inscriptionis auctorem, tam ineptum et linguae graecae ignarum fuisse concedit, ut contra omnem loquendi usum istis verbis oden Erinna digniorem designaret, tantum ei tamen ingenii et acuminis tribuit, ut Stobaei errorem eum animadvertisse et correxisse dicat. Nostra tamen sententia, si verba ἡ μάλλον Ἑριννα Λεσβία εἰς τὴν Ῥώμην non eidem auctori, cui et nomen Μελιννώ, debentur, sed a posteriori manu adscripta sunt, ea non ideo adjecta putamus, quod aut in Melinnonis nomine haereret hujus inscriptionis auctor, aut istam oden cum Erinnae carminibus comparare vellet, sed quod, quum poëtriae nostrae ingenium vel dicendi rationem perspectam haberet, carmen illud vel ob sermonem vel aliam demum ob causam, Erinnae potius, quam Melinnoni tribuendum esse censeret. Exempla duplicis ejusmodi tituli vel sexcenta videre licet in Anthologia. Tantum denique abest, ut verbis istis Stobaeus ab hujus glossematis auctore erroris arguatur, quod ille de virtute acciperet, quae de Roma intelligenda essent, ut plane in medio relictum sit, utrum Urbs Roma an Virtus carmine illo designetur. Sed gravioris certe momenti est alterum Welckeri

argumentum, Erinna a Photio in catalogo scriptorum a Stobaeo laudatorum silentio praetermitti, Melinnonem vero commemorari; at in tanta rerum et nominum farragine, quanta est apud Photium, facile unum et alterum nomen excidere potuisse nemo non videt. Welckeri itaque sententia, ut sit ingeniosissima, tamen non ea habenda videtur, quae omnem de illius carminis auctore scrupulum adimat. Non magni facienda est conjectura Reiskii in Anth. Ceph. p. 215. apud Eusebium l. c. pro Olymp. εζ' Iegentis εζ', cui si suffragari vellemus, omnes, qui a Chronographo illo Erinnae aequales dicuntur, in idem tempus referendi essent, quod nemo facile concedat. Nihil itaque nobis restat, quam ut in pristina sententia acquiescamus et carmen illud Erinnae vindicemus, ea tamen conditione, ut illo fortitudinem celebrari putemus, siquidem tantae laudes urbis Romae non congruunt poëtriae aetati. Satis enim probabile est, ut acute observat Brunckius, etsi hoc nomine a Welckero reprehensus, hanc oden esse tantum majoris cujusdam carminis fragmentum, unde vix discerni possit, utrum ad fortitudinem, an ad urbem Romam illa pertineat. Ad confirmandam istam opinionem accedit et illud, quod Stobaeus

de fortitudine disserens oden illam adfert; neque cum Purgoldo in Obs. Cr. p. 297, omnia allegorice interpretandi studium Stobaei aetate tantopere invaluisse putamus, ut philosophus ille, quem iutregrum carmen ante oculos habuisse credibile est, ad fortitudinem traheret, quae ad Romam referenda essent.

Non defuerunt tamen, qui aliter censerent. Steinhelius enim carmen hoc Erinnae falso tribui existimavit, quoniam Roma poetriae aetate, quam alii ad Ol. XLII, alii CVII referant, nondum ad illud potestatis et auctoritatis fastigium evecta fuisset, neque ceteris gentibus ita innotuisset, ut tantis laudibus cumulari posset. Barthius quoque ad Claud. in Consul. Proбини 78 p. 27. graviter invehitur in eos, qui hoc carmen ad Robur sive Vim aut Violentiam retulerunt, quod ideo admitti posse negat, quod *Ῥώμη* ibi Domina Terrae atque Maris appelletur, quo nomine ne Mars quidem ipse designari soleat. Quaerit deinde Vir Cel., quid Tempus et Parcae sibi velint; num sola Vis aut Valentia Fato non obnoxia, cum omnes Dii deaeque ei subjaceant? Vocabula *Θυγάτηρ Ἄρης, χρυσεέμιτρε* (sic), *Ἄλυμπεσσι*, et alia multa urget, ea omnia non

nisi in urbem Romam quadrare affirmans. Eandem sententiam exprimunt H. Stephanus, Lectius in Corp. poetarum Tom. II., Lipsius (De magnit. Rom. I. 2. p. 5; cf. in Not. ad Ed. 2. p. 206.) J. C. Bulengerus de Imp. Rom. II. 5., Harduinus ad Plin. XXXIV. 8. 3., Th. Sitzmannus ad Rutil. Itin. p. 47., Reiskius in Anth. Cephal. p. 213., Purgoldus in Obs. critt. p. 297., Viscontus ad Mus. Pioelement. T. II. p. 30. et in Monum. Gabin. p. 127., G. Zoega Anagl. Rom. T. I. tab. XXXI not. 35, Welckerus Melet. e doct. antiq. Creuzeri P. II. p. 18., Langius Act. Monac. II, 4. p. 592. — De fortitudine ceperunt Olearius, Fabricius, J. C. Wolfius, Rutgerius Var. Lectt. p. 80. Bornius in Anacr. Ed., Hauptmannus ad Lycurg. c. Leocr. p. 195. 241., Valckenarius in Adon. p. 318. C, Quadrius Stor. d'ogni poesia T. VI. p. 75, Koeppe-nius Lyr. Blumenlese T. II, p. 121. M. G. Hermannus Handb. der Myth. T. II. p. 98 regiam potestatem intelligens, A. Schneiderus in Sel. poet. Gr. carm., Volgerus Sapph. Carm, p. XXX, F. M. Bothius in Anacreonticis p. 84., Ursinus vero, quia, ut videtur, ad Urbem Romam hoc carmen referebat, illud inter Erinnae fragmenta praetermisit. In tanta quidem diversitate sententiarum, quas e Welckero descripsimus, persuasum habemus,

carmen ad Fortitudinem referendum esse, quia hac sola explicandi ratione illud Erinnae vindicari posse videtur; in qua quidem sententia, donec contrarium certis documentis probatum fuerit, perseverandum esse putamus. At, quoniam plurimi alteram viam ingressi, hanc oden de Roma, ad quam omnia commode trahi possent, interpretandam esse existimarent, hujus quoque sententiae, ne nimis nostrae opinioni obsecuti esse videremur, in carmine explanando rationem habendam esse duximus.

## I.

Χαῖρέ μοι, Ῥώμα, θυγάτηρ Ἄρης,  
 χρυσεομίτρα, δαΐφρων ἄνασσα,  
 σεμνὸν ἄ νάβεις ἐπὶ γᾶς Ὀλυμπον  
 αἰὲν ἄθραυστον.

σοὶ μόνῃ πρέσβιστα δέδωκε Μοῖρα,  
 κῦδος ἀρρήκτω βασιλῆον ἀρχᾶς,  
 ὄφρα κοιρανῆον ἔχοισα κάρτος  
 ἀγεμονεύης.

σαῖ δ' ὑπὸ σδεύγλα κραιτερῶν λεπάδνων  
 στέρνα γαίας καὶ πολιᾶς θαλάσσης  
 σφίγγεται· σὺ δ' ἀσφαλῆως κυβερνᾶς  
 ἄστεα λαῶν.

πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰὼν  
 καὶ μεταπλάσσω βίον ἄλλοτ' ἄλλως,  
 σοὶ μόνῃ πλησίστιον οὔρον ἀρχᾶς  
 οὐ μεταβάλλει.

ἦ γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνῃ κρατίστους  
 ἀνδρας αἰχματάς, μεγάλας, λοχεύεις,  
 εὐσταχυν Δάματρος ὅπως ἀνείσα  
 καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν.

*Salve mihi, Valentia sive Roma, filia Martis,  
 aureo cingulo conspicua, bellicosa regina, quae super  
 terra venerandum Olympum incolis, semper infractum.  
 Tibi soli antiquissimos honores dedit Parca: decus  
 regium illabefacti imperii, ut, regalem tenens potesta-  
 tem, principatum ageres. Tuo vero sub jugo firmis-  
 loris instructo pectora terrae atque cani muris con-  
 stringuntur, tu autem tuto gubernas urbes gentium.  
 Maximum vero tempus omnia delens et alias aliter  
 vitam mutans, tibi soli non mutat secundum ventum  
 imperii vela implentem. Certe enim una omnium for-  
 tissimos, magnos, bellatores paris, submittens fructum  
 virorum sicuti spiceas fruges Cereris.*

Erinna Fortitudinem, quae summum est civitatum  
 praesidium et tutamen, divinis laudibus prosequitur,

eique locum in Olympo inter ceteros deos assignat. Contendit enim poëtria, Fortitudinem, quia in semet ipsa pignus semper duraturi imperii gerat, neque alieno auxilio indigeat, nulli temporis vicissitudini, cui omnia subjaceant, obnoxiam esse, et tenere terrae atque maris imperium, quod, cum nulla extimescat pericula, non requiescat, prius quam omnia ditioni suae subjecerit. Deinde Fortitudinem solam, ait vates, viros bello aptos, quorum multitudo vel cum frugum in agris laete provenientium frequentia comparari possit, procreare atque educare. Haec quidem explicandi ratio ut propius, quam si de Urbe Roma capias, ad lyricae poeseos sublimitatem accedit, ita vel propterea alteri praeferranda videtur, quod neque temporis rationibus repugnat, neque ulla amplius subest causa, cur praestantissimum hoc carmen Erinnae abjudicetur. Quin adeo sermo, quo usa est poëtria in hac ode, antiquiora tempora sapit, nam ne voculam quidem in toto carmine invenies, quae deteriore Graecitate, cujus vestigia omnino reperirentur, si illud sesquialtero a. Chr. n. saeculo conscriptum esset, prodat. Si tamen hoc carmine cum multis recentioribus iudiciis *πεποτισσώμενον* urbis Romae numinis laudes celebrari

putemus, fingenda est poëtria, admiratione rerum a populo Romano praeclare gestarum percussa, praestantissimum hocce encomium lyrae suae fidibus commisisse. Et nulla profecto in toto terrarum orbe civitas aptior erat ad excitandos sublimes istos poëticos sensus, aut tantis laudibus dignior, quam imperium illud Romanum, quod a tenuibus profectum initiis, mox summa in capessendis periculis audacia auctum, patriae amore sustentatum, integerrima in rebus secundis morum sinceritate, in adversis vero ferrea constantia stabilitum corroboratumque, circa id tempus, quo, si de Roma capias, carmen hoc conscriptum esse videtur, eo potentiae pervenit, ut nemine contra nitente terrae atque maris principatum teneret. Singula in ipso carmine explicando accuratius pertractabimus.

V. 1. Admodum credibile est, veteres, quoniam omnia virtuti postponebant, eam divinis coluisse honoribus ita, ut quo quis bello clarior esset, eo majoribus afficeretur laudibus praemiisque. Fortitudinem inter coelites numerari, non est quod miremur, cum *Κράτος* et *Βία*, quae significatione proxime ad *Ἄμυν* accedunt, ab Aeschylō in Prometheo vineto dii appellentur,

Ab Hesiodo quidem Theog. v. 385. Κεάρας et Βία cum Ζήλω et Νίκη inter Stygis Oceani filiae ex Palante liberos numerantur et apud Jovem sedere neque unquam ab eo segregari perhibentur. Cf. Callim. Hymn. in Jov. et Apollod. lib. I. Cur autem Ῥώμη hic Martis filia nominetur, ex eo patet, quod veteres, ut recte observa Schneiderus, causas et effectus ita jungere solebant, ut illas horum parentes esse dicerent, unde facile fieri potuit, ut fortitudo, quae bello excitatur, alitur et exercetur, Martis filia appellaretur, uti Φόβος et Δειμός ejusdem filii cf. Hesiod. Theog. 933. II. XIII., 299 et perpetui comites II. XV., 119 Hesiod. Scut. Herc. 463. habiti sunt.

Potest tamen ex Schneideri sententia et ita explicari, ut quam veteres fortitudinem in Marte, tamquam belli praeside, summam deprehendissent, eam illius filiam appellarent, quum et Harmonia ejusdem filia apud Hesiod. Theog. 933. nominetur; in concordia enim summa militum virtus conspicitur. Si contra hoc carmen ad urbem Romam referatur, istius denominationis causa manifesta est. Notissima enim fabula, Rheam

Sylviam, Numitoris filiam, Vestaeque sacerdotem, quam alii Serviam, ut Aelian. Var. Hist. L. 7. cap. 16, alii Iliam, ut Serv. ad Aen. I. v. 278. et VI. v. 779, Vetus Scholiasta Juven. ad Sat. IX. v. 53, item ad Sat. II. v. 106 et I, v. 7. Interpretes Horatii ad L. I. od. 2, Statius L. I, Sil. 11. v. 246 et L. 2, 1, v. 99. Ovidius saepius, appellant, a Marte compressam, Romulum et Remum peperisse, qui, quum ipsi Martigenae, Mavortii, Martii apud poetas audirent, ut Ovid. Amor. III. 4, 39; Prud. περὶ στεφ. 10. 412.; Ovid. Fast. III. 59., idem nomen et urbi a se conditae reliquerunt. Hinc poetae divinam istam Romae originem respicientes, eam Martiam sive Mavortiam appellarunt. Ita Virg. Aen. I. 280: *Inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus Romulus excipiet gentem et Mavortia condet Moenia, Romanosque suo de nomine dicet*; et Ovid. Trist. III, 7, 51: *Dumque suis victrix omnem de montibus orbem Prospiciet domitum Martia Roma, legar.* At vel maxime ad istam denominationem explicandam id facere videtur, quod dea Roma, cui divinos honores tributos et templa dicata fuisse colligimus e Liv. 43, 6; Tac. Ann. 4, 37, Suet. Aug. 52, D. Cass. 51, 20, Amazonum habitu, *exserta mamma*, cf. Cresc. Corip.

Laud. Just. I, 287, vulgo repraesentabatur, unde facile cum ceteris Amazonibus Martis filia dici potuit. Non absolum neque nimis argutum videtur putare, *Ῥώμην* eodem modo filiam Martis appellari, quo Nerio, quod nomen Sabinorum lingua item virtutem vel fortitudinem, in libris sacerdotum vero populi Romani Martis vim, potentiam et majestatem significare docet Gellius 13, 22, hujus dei uxor dicitur apud Plautum in *Trucul.* 2, 6, 24, et Licinium Imbricem in Neaera: cf. Bothii *Poet. Scen. Lat. Fragmenta* T. II. p. 38. — Quod attinet ad sermonis proprietatem, pauca monenda videntur. In prioribus duobus versibus nominativi positi sunt pro vocativis, quos postulasset strictior Grammaticae observatio: at eiusmodi casuum commutatio apud poetas atque adeo apud solutae orationis scriptores admodum est frequens. Genitivum *Ἄρηος* epicum et in Aeolica dialecto usitatum ad *Ἄρεως* pertinere nonnulli putarunt, quam nominativi formam adfert ex Alcaeo Eustathius ad II. 5, 31. Hoc nomen ad instar aliorum, ut *Ἀχιλλεύς*, *Πήλεος*, *Βασίλῆος*, quae in secundo casu habeant *Ἀχιλλέως*, *Βασίλῆος*, *Πήλεος*, flecti, demonstrare conatus est Valckenarius ad Theocrit. Adon. p. 303. Brunckius

contra ad Aristoph. *Aves* 835. aeolicum et poeticum genitivum ab *Ἄρεως*, *Ἄρεως* laudat, quod quidem certis auctoritatibus comprobari negat Heynius ad II. 14, 485, item 18, 100 et 213. At commodissime istud *Ἄρηος* a nominativo *Ἄρης* derivari posse videtur, etiamsi destituamur exemplis verborum ita flexorum, cum simplicia vocabula in *ης*, *εος* exeuntia perpauca sint. Varias hujus vocabuli flexiones indicat Eustathius ad II. 18, 100, p. 1180, 42. — V. 2. *Χρυσσεμμίτρα*. Metro in tertia sede longam syllabam flagitante, alii aliam huic vocabulo meam adhibuerunt. Lipsius enim *Χρυσσημίτρα* scribendum putabat. Aemilius vero Portus tertiae syllabae productionem liquida *μ*, pronuntiatione geminanda excusavit, quam quidem sententiam omnes, quotquot carmen hoc ediderunt, secuti sunt. At equidem, quoniam liquidarum apud Aeoles frequens est geminatio (cf. Greg. Cor. ed. Schaeferi pp. 587, 597, 622) hoc vocabulum per duplex *μ* efferre malui. Tametsi confitendum est, ejusmodi geminationem imprimis locum habere pro diphthongo aut longa vocali, tamen, cum interdum metro consulendi causa et post breves, praesertim in compositis vocabulis, ut *ἄμμορος*, *ἀπολλήγειν* et aliis, liquidae duplicentur, idem hic audere non

dubitavi. Cf. Butt. gr.-plen, § 21, p. 85. — H. Steph., Barth., Aemil. Portus, male scripserunt χρυσέομιτρε; χρυσέομιτρες enim nulla nititur auctoritate. Neque feliciter Bothius χρυσέω μίτρα cor-  
 rexit. Immo χρυσεομίτρα doricè pro χρυσεομίτρη  
 positum, quam femmini formam ad χρυσεομίτρης  
 pertinere existimo. Oppian. Cyn. II. 2: Φοίβη, παρθένη  
 χρυσεομίτρη, Anth. I, 38, ep. 11, v. 23. Χρυσόκερων,  
 χαρίεντα, καλίφρονα, χρυσεομίτρη. Quod attinet ad  
 sensum, utrum hic aureum cingulum, an diadema intelli-  
 gas, nil interest; nam poetriam deae dignitatem aut  
 bellicum ornatum hoc vocabulo indicare voluisse,  
 manifestum est. Si vero ad Romam oden referas, bellicum  
 habitum deae et fortasse etiam virginitatem, utpote  
 Amazonis, hoc epitheto declarari puta. Nam μίτραν,  
 sive ζώνην λύειν et similia de virginibus matrimoni-  
 um ineuntibus usurpari notissimum est. Eodem fere modo  
 Lycophron Alex. v. 997. Amazonem χαλκομίτρη  
 appellat, quod Tzetzes per πολεμικήν interpretatur.  
 Ingeniose Barthius epitheton illud ad deaurata urbis  
 Romae templorum tecta pertinere putabat, unde et Ovi-  
 dianum illud Fast. II. 683: *Prima urbes inter, Di-  
 vum domus, aurea Roma* — Δαίφρων ἄνασσα. Haec

optime congruunt dignitati filiae Martis, sive de For-  
 titudine, sive de Dea Roma capias. Istius quidem  
 denominationis causa posita in eo, quod Dea illa om-  
 nia ditioni suae subijcere et terrae atque maris impe-  
 rium tenere dicitur in sequentibus versibus. Ita a  
 Latinis etiam poetis Roma *regina*, *urbium princeps*,  
*terrarum dea gentiumque* Mart. 8, 1, appellatur. — V. 3.  
 σεμνὸν ἃ ναίεις Lectionis varietatem ad hunc locum  
 indicat Schowius, qui σεμνὸν ἃ ναίεις ἃ ναίεις, σε-  
 μνὸς ἂν εἴης ἐπὶ γᾶς Ὀλυμπος, σεμνὸν ἂν αἴης ἐπὶ  
 γᾶς Ὀλυμπον adfert; Gesnerus in margine εἴης ex-  
 hibet. Haec omnia ex ἃ ναίεις fluxisse, recte observat  
 Welckerus, quod tamen verbum sic efferre haud tutum  
 est. Fortitudo, utpote Martis filia, Olympum habitare dici-  
 tur; injuste igitur Welckerus in M. G. Hermannum inve-  
 hitur eumque inscitiae accusat, quod τῇ ζώμῃ sedem in  
 Olympo, inter ceteros deos tribuerit; nam cum κράτος et  
 βία apud Jovem sedere neque unquam a latere ejus  
 discedere perhibeantur, Hes. Theog. 385, non video  
 cur non idem de Valentia dici possit. Lipsius ve-  
 ro retulit haec ad splendorem et decus urbis Ro-  
 mae, quae fuerit veluti coelum in terris. Contra  
 Welckerus totam terram Romae Olympum dici

putat. et imaginem ita interpretatur: *quae es in terra quod Dii in Olympo, numen terrestre.* At mihi quidem haec proxime ad editum Romae situm pertinere videntur, utpote septem collibus superinstructae, Ovid. Trist. L. I. El. IV, 69: *Sed quae de septem totum circumspicit orbem Montibus, imperii Roma Deumque locus.* V. 4. Gesn. in margine *ἄθραυστος* quod et Schowius tuetur. Hoc, licet etiam ferri possit, quia de personis quoque usurpatur Eur. Cyclop. v. 292 ed. Matthiae, tamen quum omnes libri tueantur *ἄθραυστος* id servare malui. Recte Koeppenius confert *θεῶν ἕδος ἀσφαλές αἶε* Odyss. VI, 42. Comparari potest Quint. Smyrn. Lib. II. v. 175. *Μαψιδίως ἀφίηται ἀτειρέος ἔνδον Ὀλύμπου.* Adverbii istam formam *αἰὲν* ceteris praeferri, si postuletur ultima brevis, docuit Hermannus Praef. Orph. p. IX; H. Hom. in Ven. 202. — V. 5. *Πρέσβιστα.* Hoc vocabulum, quia metrum ultimam brevem flagitat, multum negotii facessivit interpretibus. At in eo falsi sunt omnes, qui hoc adjectivum servarunt, quod illud pro feminino accipientes ad *Μοῖραν* traxerunt. Frustra enim laborarunt, ut  $\alpha$  doricum pro  $\eta$  positum corripri posse probarent, et istam sententiam exemplis, nihil tamen huc facientibus, corroborarent.

Nam nusquam profecto ejusmodi  $\eta$  in  $\alpha$  mutationem invenies, nisi in quibusdam vocativis, ut Hom. II. 3. 130: *Δεῦρ' ἴθι, νύμφα Φίλη, ἵνα θεσκελα ἔργα ἴδῃαι,* Od. 4. 743. Naumach. 70: *Πῶς δ' ἄν, κοῦρα, δύναιο δαήμονι φῶτι φανῆσαι;* Call. Dian. 72: *Κοῦρα, σὺ δὲ προτέρω περ ἔτι τρίετηρος εἴουσα.* Eandem correptionem demum et in voce *τῆθα* a *τήθη* admitti, docet Eustath. ad II. 3. 125. Neque suspicionem elevat Wolfii observatio, *Dores* in *ων* et *ας* accusativos sing. et plur. numeri corripere esse solitos. Quod attinet ad istam accusativi in *ων* correptionem, eam nemini probatum iri spero; in hoc enim dorica dialectus minime discedit a reliquis, eorum tantum vocabulorum primae declinationis accusativum corripiciens, quorum et nominativus brevis est. Alterum autem, etsi verum est et a multis Grammaticis enotatum, tamen huc minime pertinet. Gregorius enim Corinthius de Dial. Dor. § CXLIX. haec profert: *Συστέλλουσι γὰρ καὶ τὰς εἰς ας αἰτιατικὰς, οἷον νύμφας, κρήνας καὶ τὰς μετοχὰς, νοήσας, πράξας;* quibus assentitur Eustathius ad Hom. II. E. p. 558, 22, scribens: *Ἰστέον, ὅτι, ὡς καὶ ἐν τοῖς Θεοκρίτου φαίνεται, αἱ μὲν εἰς αἰ λέγουσι εὐθείαι τῶν πληθυντικῶν συστέλλουσι τὸ α τῶν*

*αἰτιατικῶν παρὰ τοῖς Δωριεῦσι.* His similia exprimere videtur Grammaticus Leidens. de dial. Dor. § V, cujus verba a librariis foede corrupta et mutilata priori sinceritati restituit Koenius, locum ita legens: *εἰ δὲ τῶν Θηλυκῶν ἰνομάτων ἐνίαν πληθυντικῶς αἰτιατικῶς πτώσεις συγγέλλουσι.* In quibus omnibus non nisi de accusativo pluralis numeri agi, manifestum est; nam de accus. sing. ne verbum quidem additur. Tantum denique abest, ut mutatio vocalis *η* in *α* breve in recto casu, quae non Doriensibus sed Ioni- bus erat propria, ubivis obtineat, ut Grammatici, illam exemplis illustrare conantes, magna eorum penuria laborent et in eadem fere incidant. Cf. Gr. Corinth. de Dialecto Ion. § XLV. Gramm Meer- man. de Dial. Ion. § XXIII Gramm. August. de D. I. § XVII. Lectio *πρέσβειρα δέδωκε* apud Gesne- rum in margine exhibita et a Welckero recepta, vi- detur esse profecta a librario, qui quum aliam me- delam reperire non posset, metro consulendi causa ad istam conjecturam confugit. Equidem nihil in *πρέσβιστα* mutandum, accentum tantum retrahendum esse putavi, quo ultima fieret brevis et neutrum plur. pro feminino, ut perperam ceperunt omnes, quotquot

adjectivum hoc retinuerunt, exhiberetur. Neque of- fendere debet, si haec lectio recipiatur, substantivi omissio, quod saepe negligi, praesertim si ex totius sententiae mente atque nexu facile suppleri potest, ne- mo ignorat. At dixerit jam aliquis, ejusmodi adje- ctiva rarius sine articulo poni; attamen, si hic vel in soluta oratione omittitur, multo potiore jure id fieri poterit in lyrica poesi, maximis metri difficultatibus obnoxia et propterea a strictioribus grammaticae regu- lis soluta. Cf. Kühner Gramm. T. II, p. 131. Istud *πρέσβιστα* sensui non repugnare, facile est probatu. Poetria enim hoc adjectivo *optima quaeque* designa- re censemus eodem sensu, quo saepius in comparativo et superlativo cum graece tum latine usurpatur. Ut *τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ποιείσθαι ἢ τὰ τῶν ἀν- δρῶν*, Herod. 5, 63: *πρεσβυτέρως γυμναστικὴν μουσι- κῆς τετιμημέναι*; Plut. de Educ. liber. T. VI. p. 24. fin. Ed. Reiskii: *ἄπερ ἐγὼ πάντων τῶν ἐκ φιλοσοφί- ας περιγυνομένων ἀγαθῶν πρεσβύτατα κρίνω.* Cf. Cic. Q. Fr. 2, 1. ad Att. 10, 8, item 12, 5. Quia enim antiquissima quaeque optima habentur et tempore no- bilitas et dignitas rebus accedit, factum est, ut *antiquus* in bonam partem sumeretur et idem valeret ac

praestans, colendus. Nostro in loco hoc adjectivum proxime ad *πρεσβήιον* II. 8, 289. accedit, et summam omnia continere videtur, quae mox sigillatim enumerantur, scilicet aeternum imperium, terrae atque maris dominationem, spem fortis virorum prolis. Superlativi forma *πρέσβιστος* legitur apud Homerum Hymn. in Terram v. 2. *Μοῖραν* sine epitheto pro *ἀγαθῇ μοῖρα*, bona fortuna, usurpari, colligimus ex Hom. Od. 20, 76: *ὁ γάρ τ' εὖ οἶδεν ἅπαντα, Μοῖράν τ' ἀμμορίην τε καταθνητῶν ἀνδρώπων. Βασιλῆον.* Jota subscriptum in hoc vocabulo omisi, ratione habita Doriensium moris *ει* in *η* commutandi non tantum in infinitivis verborum, sed etiam in aliis orationis partibus, ut in marmore Cumaeo apud Com. Caylum *Recueil d'antiquités*; Tab. LVI. vs. 40, 41. *ΒΑΛΑΝΗΟΝ* et *ΖΜΑΡΑΓΗΟΝ*; atque in dor. Inscript. apud Thom. Reinesium Synt. Inscr. p. 347, 125 *ΒΑΣΙΑΗΑΝ*. Earundem litterarum commutationem reperies in *πλήωι* pro *πλείων*, *μήων* pro *μείων*, *ἄπηρος* pro *ἤπειρος* Schaefer ad Gr. Cor. p. 278, sqq. *σαμῆον* pro *σημεῖον*, Butt. Gramm. plen. T. I. p. 97. *Βασιλῆον* et *Κοιρανῆον* tuetur etiam Brunckius. Fallitur I. C. Wolfius, antepenultimam syllabam in *Κοιρανῆον*, quae alioquin

corripiatur, hic producendam esse, observans; quod certe non affirmasset Vir eruditissimus, si diligentius inspexisset metri Sapphici naturam; nam brevem in hac sede admitti, abunde demonstrarunt rei metricae scriptores. Cf. *σχῆμα* ab Illustr. Chr. Fr. Nevio in Sapphonis fragm. propositum p. 12. Male Wofius ejusmodi productionem etiam in *κράτος* locum habere docet, pro quo jam dudum H. Steph. *κάρτος* recte reposuerat. V. 8. *Ἀγεμονεύης*. Vulgares grammaticae regulae hic optativum postulant. Attamen conjunctionem *ὄφρα* et alias similes, si vel praeteritum antecesserit, cum conjunctivo copulari, praesertim si sermo sit de re, quae adhuc duret, aut semper duratura sit, exemplis comprobare placet: Hom. II. 5, 126. *ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἔλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν, ὄφρ' εὖ γινώσκης ἡμὲν θεόν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα,* quod et latine ita verti potest: *caliginem tibi ab oculis abstuli, quae prius inerat, ut bene dignoscat tum deum, tum etiam hominem.* Xenoph. Cyr. 1, 2, 3 *τὰ μὲν ὄνια καὶ οἱ ἀγοραῖοι — ἀπελήλανται εἰς ἄλλον τόπον, ὡς μὴ μιγνύηται ἡ τούτων τύρβη τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίας;* II 1, 202, Od. 9, 13. Pind. Pyth 4, 160. — V. 9. Gesn. *τδεύγλα* H. Steph.

ζεύγλα, ζεύγλη proprie ea pars jugi est, cui inseruntur colla jumentorum et quam a quibusdam nescio quo jure μέσσαβον appellari testatur Schol. Apoll. Rhod. Arg. III v. 232; sed hic pro ipso jugo, cum Welckero, usurpatum esse, puto. Hesych. enim scribit: ζεύγλη, ζυγός, ἢ τὸ ἄκρον τοῦ ζυγοῦ καθ' ὃ ἐντίθησι τοὺς τραχήλους τὰ ζῶα. Cf. Etym. M. h. v. — λεπάδων. Schol. min. ad Hom. Il. 5. 730. λέπαδνα τὰ περὶ τὰ στήθη τῶν ἵππων, οἱ ἰμάντες. Pollux L. X. sect. 147: τὰ ἀπὸ τῶν θυμῶν ἀπηρητημένα, τὰ ὑπὸ τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων ἐλιπτόμενα, λέπαδνα. Schol. Aristoph. Equit. v. 765. simili fere modo hoc vocabulo utitur Nonnus Dionys. XIV, 298. ἵνα δούλιον αὐχένα — κοιρανίης δασπλήτος ἀποζεύξειε λεπάδων. Itaque λέπαδνα nostro in carmine non sunt frena, ut quidam voluerunt, sed lora, quibus jugum sub jumentorum collo constringitur. λεπάδων autem est genitivus appositionis, vel ut Grammatici ajunt attributivus, quia oculum habere dicitur, quotiescunque duae notiones ita conjunguntur, ut, quum altera ex altera pendeat, se invicem necessario illustrent; et redditur quidem iste genitivus gallice, per substantivum et praepositionem à. Recte itaque totum locum verteris: tu

*serres les vastes plaines de la terre et de la mer sous ton joug aux fortes courroies.* Haec imago aptius ad urbem Romam, quam ad Fortitudinem referri posse videtur, tamen quin et ad hanc trahatur nil obstat. Quum enim Fortitudo in antecedentibus bellicosa regina appelletur, et sit omnino certissimum victoriae pignus, nulla est offensio in eo, quod terra et mare ditioni ejus subjecta esse dicantur. Fortissimus quisque ubique victoriam reportat. — V. 10. στέγνα γαίας Gesn. στέγρω, in marg. στέγνα. Hoc vocabulum eleganter usurpatur de omni planitie, ut Sophocleum illud Oed. Col. 691. στεργούχου χθονός, quod Suidas per γῆς ἐπιπέδου illustrat, στέγνα χθονός et νῶτα χθονός vocari τὰ πεδιάδη καὶ εὐρέα animadvertens; ita Hesiodus Theog. 417. Γαῖ' εὐρύστεργος. Fluxit enim imago a solempni terrae superficiei comparatione cum variis corporis humani partibus, ita αὐχένας apud poetas τὰ στενά appellari docet Eustathius ad Il. 2, v. 644. p. 233 et sqq. At nostro in carmine vocabulum illud ideo admodum aptum est, quod singulis metaphoraee partibus, στεύγλη, στέγνα, σφίγγει, commode sibi invicem respondentibus, tota imago tam vividis coloribus est adumbrata, ut rem praesentem et ob oculos

versantem nobis videre videamur. Πολιὸς de mari spuma albescente ut apud Latinos *cani fluctus*, Lucret. II, 766. et similia. Aperte ad suam sententiam Welckerus, qui carmen ad Romam refert, comparat Ep. Alphei Mitylenaei Cod. Palat. p. 447.

Κλειε, θεός, μεγάλοιο πύλας ἀκμήτας Ὀλύμπου,  
 Φρούρει, Ζεῦ, ζαθέαν αἰθέρος ἀκρόπολιν.  
 ἤδη γὰρ καὶ πόντος ὑπέξευκται δορὶ Ῥώμης,  
 καὶ χθῶν· οὐρανὴ δ' οἶμος ἔτ' ἔστ' ἄβλιτος.

V. 13, μέγιστος αἰῶν hic idem valere videtur ac Sophocleum illud *παγκρατῆς χρόνος*, Oed. C. 587. ed. Brunck. Weber. Symb. phil. ex Helvet. p. 165 πάντ' ἐπισφαλλῶν δ' conjecit — V. 15. πλησίστιον αὐτοῖ. Imago petita a frequenti comparatione rerum secundarum cum prospera navigatione. Recte Wolfius comparat Odys. XI, 7. et XII, 14 9. ἴκμενον οὐρον ἴει πλησίστιον, quam vocem Hesychius explicat per τὸν ἀνεμον πληροῦντα τὸ ἰστίον. V. 16. Wolfius. Gesn. Grot. perverse μεταβάλλη, Brunckius με ἀβάλλη dorice scribendum esse praecipit pro μεταβέλλει quod reliqui omnes tuentur. Cum

Brunckio facere videtur Welckerus qui lectionem ab illo propositam in textum recepit. At sibi ipse repugnat in hoc Welckerus, qui, quum paulo ante Melinonem suam soloecisimi propter *ἄ ναιης* accusavisset et *ἀ ναιεις* reposuisset, nunc rursus *μοταβάλλη* defendit. Mihi vero vel in utroque verbo η pro ει reponere audendum esse videtur, vel, vulgaris scribendi ratio servanda, donec ista diphthongi ει in η permutatio in tert. et sec. pers. praes. magis a Grammaticis illustretur et confirmetur. Nam tota haec res nititur Doriensium usu in plusquamperfecto ad instar praesentis flexo η pro ει efferentium; Greg. Corinth. enim de Dial. Dor. § LXVIII scribit haec: Τῶν ὑπερσυντελικῶν τὰ τρίτα πρόσωπα διὰ τοῦ η γράφουσι· ὡς Θεόκριτος· Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἐπάπη At quod hic plusquamperfectum appellatur, id multo potiore jure ab Eustathio ad Od. 9, 264. p. 308, 38. Basil. et aliis grammaticis παρακείμενον nominatur, quae quidem confusio, sublato augmento, quum alterum tempus ab altero nulla amplius nota distingueretur, facile oriri potuit. At istum usum non tantum tertia persona, ut ait Gr. Corinth, contineri, sed ad sec. quoque pers. extendi, patet e Theocriteo

πεπόνησ 7, 83. 10, 1. Hanc tamen scribendi rationem et in ipso praes. obtinuisse, auctorum exemplis nullis probatur, quorundam autem monumentorum huic rei faventium cf. Maitt. p. 222, b. debilis est auctoritas. Theocriteum vero 29, 4. ἐθέλησθα pro ἐθέλεις huic scribendi rationi fidem facere, non negaverim. Non gravioribus itaque documentis μεταβάλλη quam ἀναίης firmari, palam est, unde in utroque verbo hanc scriptionem aut retinendam aut rejiciendam esse censeo. — V. 17. ἢ γὰρ. Haec quasi causam indicare videntur, cur, quam omnia fortunae ludo temporisque mutabilitati sint obnoxia, Ρώμη una huic fatali necessitati exempta esse dicatur; quia nimirum omnium fortissimos viros, firmissimum imperii sui praesidium, progenerat. ἐκ πάντων non ad τὸ μόνον, sed ad κρατίστους trahendum esse, docet Purgoldus. V. 18 ἀνδρας hic non redundare et otiosum esse, sed dignitatem quodammodo augere videtur, ut in solemnibus illis formulis: ἄνδρες δικασταί, ἄνδρες στρατιῶται; argutius, quam verius de hac re disputat Kühnerus, Griech. Gr. T. II. p. 120. μεγάλας, Barthius μεγάλω, Brunck. μεγάλους; Welckerus recte μεγάλας virgulis includere proponit. Perverse Wolfius istud μεγάλας, quod

manifeste est doricus accusativus, pro adverbio sumpsit. λυχεύεις. Simili modo Mars apud Homerum Hymn. in. Mart. v. 9. dicitur ἰοτῆρ εὐθαρσέος ἤβης, V. 19. Wolfius B, runckius, A. Schneiderus συνείσης; Gesn. ἔπως συνείσω, sed in margine συνείση. H. Steph, Lips., Barthius, Welckerus, ἔπως ἀνείσα. At haec scriptura, quam ab H. Steph. invectam esse suspicatur Welckerus, nimis sapit emendationem, quam ut sincera habeatur; immo non necessaria videtur. Nam, si recipias ἔπως συνείσης, omnia sine offensione procedent et sententia erit haec: *tu enim una fortissimos omnium bellatores generas, ut per eos vel eorum auxilio adjuta secure colligere possis larga Cereris dona.* Neque ideo haec sententia condemnanda est, quod haec levia nobis videantur. Quum enim veteribus fere omnia bona ex agricultura redundarent, certe id Fortitudini laudi tribui potuit, quod regiones militari praesidio protegens, tuto homines terrae fruges percipere iisdemque frui sineret. Praepositionem ἀπὸ interdum instrumentum, quo aliquid fiat, indicare, patet ex Hom. Il. XI, 675. ἀπὸ χειρὸς ἔβλητο; item 24, 605. ἀπὸ βιοῖο πέφηνεν, et ex aliis scriptoribus. Δάματρος καρπὸν. Comparari potest Schol. Pind. Ol. 9, 150, τὸν Δημήτριον καρπὸν. Aeschyl. fr. Dan. ap. Athen.

13, p. 600, B: Μήλων τε βοσκὰς καὶ βίον Δημή-  
τρον, Eur. Cycl. 121: πείρουσι δὲ . . . Δήμητρος  
στάχυν. εὐσταχυς appellatur campus a Quinto  
Smyrn. 2, 401: τὴν ῥα βροτοὶ θέσαν οὖρον εὐσταχέ-  
ος πεδίοιο. Sin contra lectionem ἀνεῖσα defendere  
velis, contortior et difficilior erit ordo verborum sic  
explicandus: ἀεῖσα (ρύουσα) εὐσταχυν καρπὸν ἀπ'  
ἀνδρῶν, ὅπως (οἶον) Δάματρος καρπὸν. Quae senten-  
tia cum Welckero ita interpretanda est: *Aequè innu-  
merabiles sunt, quos alis, viri fortes, ac fertilis-  
simorum agrorum spicae.* Prepositionem ἀπὸ saepe  
pleonastice usurpārī cum genitivo, ad rei originem vel  
materiem indicandam, multis exemplis probat Welcke-  
rus. Ad verbum ἀνήμι, *succrescere facio, submitto,*  
solemne Cereris epitheton ἀνησιδώρα pertinere acute  
monet Vir ingeniosissimus. Adverbii ὅπως pro ὡς,  
οἶον, ἄτε usus est rarissimus, non nisi apud Atticos ob-  
vius, tamen in suspicionem vocari nequit; cf. Seidl. Eur.  
Tro. 147, p. 20. Eandem sententiam H. Steph., Lips.,  
Barthius expresserunt elegantissime versibus Latinis.  
Quod ad carminis integritatem spectat, sive hanc sive ill-  
am lectionem tuearis, nil impedit, quominus ultimam cer-  
te strophen integram sententiam praebere putemus, totum

tamen majoris cujusdam carminis, quod tempus nobis  
inviderit, fragmentum tantum esse, admodum verosi-  
mile est.

### III.

Δέξ' ἀταλαῖν χειρῶν τάδε γράμματα· λῶστέ Προμαθεῦ·  
ἐντι καὶ ἄνθρωποι τὴν ὀμαλοὶ σοφίαν·  
ταύταν γοῦν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅστις ἔγραψεν,  
αἰκ' αὐδὰν ποτέθηκ', ἧς κ' Ἀγαθαρχίς ὄλα.

*Accipe hancce picturam scitarum manuum opus,  
optime Prometheus; sunt et homines tibi peritia similes.  
Quicumque enim tam vere (vivide) puellam pinxit, si  
vocem addidisset, esset Agatharchis tota.*

Agatharchidis puellae cujusdam imago, solertis pic-  
toris opus, tam vivide expressa et tam vere virginis  
vultum referens, ut tantum non loqui videretur, Pro-  
metheo, utpote summo artificum, dedicari videtur.  
Exstat hoc epigramma in Cod. Vat p. 206, Planud. p.  
301. Exhibuerunt illud Wolfius ex Dorvillii emenda-  
tione, Reiskius in Anthol. p. 67 nr. 549, Toupius in Epist.  
de Theocr. Syrac. p. 334, Brunckius in Analect T. I. p. 58,  
Jacobsius in Anthol. Pal. T. I. p. 301. V. 1. Δέξ' ἀταλαῖν

In vulgatis Anthol. editionibus ἐξ ἀπαλαῶν legitur, quod Scaliger in εὐπαλαμῶν mutat. Lectionem ἐξ ἀταλαῶν, quam ex Vatic. membrana Salmasium notasse ait Brunckius, ex illius ingenio esse profectam suspicatur Jacobsius, Animadv. ad Epigr. Anth. Vol. I. pars 1. p. 186; in Cod. Bibl. Buherianae scriptum esse δέξο τάλαν χειρῶν testatur Brunckius; scripturam apographi Spalett. δέξα τάλαν genuinam esse observat Cel. Jacobsius. Reiskius δέξο καλαῶν effert, quod ita emendat Jacobsius: δέξ ἀταλαῶν ἀπὸ χειρῶν. At nisi omnino codicis scriptura δέξ ἀταλαῶν χειρῶν τάδε γράμματα, quam sinceram esse puto, servanda est, certe sic corrigas oportet: δέξ ἀταλαῶν χειρῶν ἄπο, quod propius ad illam accedere videtur. Verissimam tamen lectionem e Cod. Pal. restituit Jacobsius A. P. T. I. p. 301. Tom 3, p. 212, quam et nos in textum recepimus. ἀταλὸς tum notione, tum origine cohaerere videtur cum ἀπάλος, et omnino latino *mollis* respondet, quod de imaginibus aut signis tam exquisita arte expressis dicitur, ut flexibilia et ὑγρά appareant. At hic ad manus refertur, quae ideo ἀταλαῖ appellatur quod ejusmodi opera effingere calleant. Recte Jacobsius e Theocrit. Epigr. VII, 5. Anth. Jac. I. 196.

γλαφυρᾶς χειρὸς laudat. Comparari potest Gallorum loquendi usus *un princeau moelleux* dicentium de coloribus ita inductis, ut quodammodo confluere videantur. γράμμα de pictura, uti γράφει, usurpari, etsi hac significatione rarius quam γραφήν, patet e Phrynichi hujus vocis explicatione, Bekk. An. p. 31. 39: Γράμμα, τὸ ζωγράφημα; Lucian. de domo c. 9: Τὰ τῶν τείχων γράμματα et idem 23: ἐξῆς δὲ μετὰ τήνδε τὴν εἰκόνα ἕτερον γράμμα γέγραπται, Aelian, V. II. 2, 44: Θέωνος τοῦ ζωγράφου. . . . τότε τὸ γράμμα. — λῶστε Προμαθεῦ. Respondet haec compellatio notissimis illis formulis ὦ γὰθέ, ὦ βέλτιστε et Latinis: o bone, amabo. Quod de his monent Grammatici, eas lenem reprehensionem cum quadam benevolentia conjunctam designare, huc non pertinet. Causam cur poetria imaginem Prometheo sacram voluerit, indicant Scholia ad h. l. Anth. L. 4. 5. 7.: Φασὶ τὸν Προμηθεῖα τοῦσ-ανθρώπους πλάσαι πηλῶ κᾱπειτα φωνὴν καὶ ψυχὴν αὐτοῖς ἐνθεῖναι. Φησὶν οὖν, ὡς εἰ καὶ ζωγράφος ψυχὴν τῷ ξοάνῳ ἐνέθηκεν, αὐτὴ αὖ ἢ ἡ Ἀγαθαρχίς· τάλλα γὰρ οὐδὲν αὐτῆς ἀπολείπεται. Quantum ex Hugonis Grotii versione latina conjici potest, ita videtur Vir summus prius distichon legisse: ἐξ ἀταλαῶν

χειρῶν τάδε γραμματα, λῶστε Προμαθεῦ, ἐντὶ καὶ ἀνθρώπου τὴν ὀμάλῳ σοφίαν. Erunt tamen, qui antiquam lectionem ἐξ ἀταλῶν praeferant, cum illud, quod in Cod. praefigitur, casu quodam ex apice supervacaneo aliove ductu forte fortuna cum spiritu conjuncto oriri potuerit. Quod si admittamus non amplius de imagine Prometheo dedicata cogitandum erit, quod jam per se parum probabile est, sed ridebitur quasi Prometheus, ut qui non solus signa spirantia proferre didicerit; ita carmen non sine quodam acumine hanc potius sententiam continebit: *scitae manus haec pictura, bone Prometheu; sunt vel homines tibi peritia similes.* V. 2. ἐντὶ καὶ etc. Haec est Cod. scriptura. In vulgatis τὴν ἑ. σ. Scal. τῆνο μάλ' ἂ σοφία, adstipulante Huetio in Notis p. 29. Jos. Scal. in margine Aldinae correxit: τῆνες ὅλοι σοφία. Minorem distinctionem post ἐντὶ plures appossuisse docet Dorvillius apud Wolfium. — τὴν uti ἐμίν, τείν, ἦν vel ἰν, solemnī Doriensium usu pro communi dativi forma frequentatur, qua quidem sola significatione istam vocem apud Pindarum inveniri, contra Hermannī sententiam de Dial. Pind. p. 14, τὴν pro σέ Pyth. VIII, 97, positum esse censentis, contendit

Boeckhīus, Notis erit. in Pind. p. 493. At illud interdum pro accusativo etiam poni, constat e Theocr. XI, 39, 55, 68, et ex Apoll. de Pron. p. 365 haec scribente: τίθεται (τὸ τὴν) παρὰ Κορίνη καὶ ἐπ' αἰτιατικῆς ἐν κατάπλω. Ὅου γὰρ τὴν ὁ Φθονερός Δαίμων, ἀντὶ τοῦ σέ. Quod ad quantitatem attinet, vocalem in τὴν a Theocrito constanter produci, a Pindaro vero corripī, memoratu dignum videtur. Quum vero in ἐμίν, τείν, ἦν, ἰ fere ubique longum sit, vocalem et in τὴν potiore jure produci, sequitur. Nostro quidem in loco τὴν longum esse, ipsum metrum indicat. σοφία de cujusvis artis peritia usurpatur, contulisse juvabit Hom. II. 15, 412, idem II. Mercur. 483. 511, Pind. Ol. 9, 161. ἐτύμας de iis quae fideliter ad exemplar expressa sunt dicitur, ubi Germani *treu*, Rossici *спрно* frequentant. ταύταν legitur in Planudea et in apogr. Gothano, in Dorvillii autem Codice ταῦτα. V. 4. Cod. Vat. et vulgatae perverse ἀνγάν exhibent, pro quo Ursinus χυδάν reposuit. Pro codicis scriptura Salmasius perperam ἦτθ' Ἀγαθ. tentavit. Ἀγαθαρχίς puellae cujusdam nomen. Steinhelīus vero de Agatharcho nobili pictore cogitans, hujus nomen hic quaerendum esse suspicatur, tamen sibimet ipsi istam conjecturam

minus probari confitetur. Comparat Jacobsius Addaei ep. VI, 2, Anth. I. II. p. 225. et Incert. Anth. Jacobs. IV. p. 226.

### III,

εἰς Βαυκίδα τὴν Μιτυληναίαν, Ἡρίνης συνεταιρίδα.

Στᾶλαι, καὶ σειρῆνες ἐμαὶ, καὶ πένθιμε κρωσσέ,  
 ὅστις ἔχεις Ἀίδα τὰν ἰλίγαν σποδιάν,  
 τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι παρ' ἠρίον εἶπατε χαίρην,  
 αἰτ' ἄστοι τελέθωντ' αἰθ' ἑτεροπτόλιες,  
 χῶτι με νύμφαν εὔσαν ἔχει τάφος, εἶπατε καὶ τὸ,  
 ὅττι πατῆρ' ἐκάλει Βαυκίδα, χῶτι γένος  
 τῆνῳ Δωσιάδα ἴντι, καὶ ὅττι μοι ἅ συνεταιρίς  
 Ἡρίνῳ ἐν τύμβῳ γραμμ' ἐχάραξε τόδε.

*Cippi, Sirenesque, et flebilis urna, quae Orco servas tenes hos cineres, meum tumulum adeuntibus salutem dicite, sive sunt populares, sive alia ex civitate, tumulumque me sponsam tenere. Nunciate et illud, patrem me Baucidem vocasse. genusque illi ex Doriade esse, et Erinnam sodalem mihi in sepulcro hancce inscriptionem exarasse.*

Hoc epigramma in eodem ac posterius versari videtur argumento, in deflendo tristissimo Baucidis casu, quam immatura morte inter medios nuptiarum apparatus consumptam esse ex sequenti carmine colligimus. Inducuntur enim Baucidis Manes sepulcro mandantes, ut salvere viatorem jubeat eique fata, nomen, genus puellae enarret, et ab Erinna, cui, dum viveret, conjunctissima fuisset, carmen hoc illius monumento insculptum esse nunciet.

Hoc carmen exhibetur in Cod. Vat. p. 319, ubi inscribitur Ἡρίνης Μιτυληναίας εἰς Βαυκίδα. Quatuor priores versus repetiit Olearius dissert. de Poetr. p. 29, e collectione epigrammatum Holsteniana Mspta, Agathiae Scholastici nomen praeferente. Neque plures exhibet Wolfius in Erinn. fragmentis p. 20. Integrum carmen edidit Iensius nr. 17. Reiskius p. 122, nr. 674. Brunckius in Anal. T. I. p. 58. Schneiderus in Select. Poetiarum Carm. p. 102. Jacobs. Anth. T. I. p. 50. Emendandi periculum fecit Heringa Obs. p. 195. — στῆλαι sunt cippi vel columellae elegantioris formae; et erant aut nudae aut inscriptionibus atque operibus caelatis ornatae. Σειρῆνες. Sirenum nomine

nonnunquam poetas suaviloquentia nobiles insigniri solitos esse, patet ex multis antiquitatis monumentis, ut Anthol. I, 67, 10, Πίνδαρε, Μουσάων ἱερὸν στόμα, καὶ λάλε Σειρῆν Βακχυλίδη, item 5, 1, 60. Causam istius denominationis indicat Pausanias in Atticis lib. I. c. 21: Εἰώθασι καὶ νῦν ἔτι ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν Σειρῆνι εἰκάζειν; unde facile jam explicatur veterum mos Sirenes clarorum poetarum et oratorum sepulcris imponendi, quod in tumulto Isocratis et Sophoclis factum esse colligimus e Plut. Vit X. Orat. T. 9. p. 334. Opp. Plut. ed. Reisk., et e Vita Soph. Φασὶ δὲ καὶ ὅτι τῷ μνήματι αὐτοῦ σειρῆνα ἐπέστησαν· αἱ δὲ χελιδόνα χαλκῆν, de quibus consule Husehk. Anal. Crit. C. I. p. 4 sqq, qui docte probare studet, legendum esse κηληδόνα χαλκῆν. Sed hic nihil aliud Sirenes designare, quam luctum quo mortuorum propinqui et amici hos prosequantur, verissime docet Jacobsius Animadv. ad Anth. Vol. I. pars I. p. 187, ubi comparat Mnasalcae epigr. Anth. L. III. 23, 26 καὶ δὲ σ' ἀμυζάμεναι περὶ δάκρυσιν αἰβ' ἐπὶ τύμβω λαῆς, Σειρῆνων ἕσταμες εἰδάλιμοι. De Sirenum nexu cum mortis notione acutissime disputat Raoul Rochette M. I. p. 283; eas cum facibus et urnis

interdum repraesentatas esse constat ex Millini Gal. Myth. 312. Πένθιμε κρωσσέ. κρωσσός proprie ὑδρίαν, στάμνον, λήκυθον, teste Hesychio significat, at hic illud urnam designare ex sequentibus patet. cf. Moschus Idyll. 14, 34. V. 2. ὅστις ἔχεις Ἀίδα. Perperam Wolfius, Olearium secutus, αἶδα ab αἴς exhibuit, de cineribus, qui, quoniam terra conditi essent, cerni non possent, intelligens. At eleganter Reiskius sinceram lectionem Ἀίδα resituit, ubi ἱερὰν subintelligendum esse recte monet Schneiderus, usum praeterea verbi ἔχειν in hac re proprii exemplis illustrans. Quid sibi voluerit Wolfius lectione ὅστις ἔχεις αἶδα τῶν ὀλίγων σποδιῶν prorsus non intelligo, neque cur non receperit ingeniosissimam La Crozii emendationem, quam ipse adfert, video. V. 3. Cod. Vat. τοῖς ἐμοῖς ἐρχ. exhibet, quod profert etiam Wolfius, in margine tamen scripturam τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι enotans. Idem et Jensius χαιρῆν habent, quod ab insequentibus carminis editoribus ex indole Doricae dialecti in χαιρην mutatum. V. 4. In Cod. hic versus ita legitur: αἶτ ἀστοὶ τελέθων τ' αἰθερωπολιος. Wolfius, plus justo Olearii ingenio tribuens, exhibet: αἰταστοὶ τελέθωνται, θ' ἐτέρω πόλιος quod ita interpretatur: *sitque alio*

*potius turba profana loco.* Germanam scripturam et proxime ad illam codicis accedentem αἴτ' ἀττοὶ τελέθωντ', αἴθ' ἐτέρας πόλιος restituit La Crozius, quocum faciunt Reiskius, Heringa et Brunckius, nisi quod hic inutiliter ἐτεροπόλιος et τελέθωντ' reponit. Nam etsi vulgaris usus post εἴτε postulat indicativum, tamen, quin conjunctivus etiam ferri possit, dubitari nequit; Hom. II. μ. 239: τῶν (οἰωνῶν) οὔτι μετατρέπομ' οὐδ' ἀλεγιζῶ, εἴτ' ἐπὶ δεξι' ἴωσι πρὸς Ἡῶ τ' Ἡέλιοντε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε, ποτὶ ζέφον ἠερόεντα. — Ἄστοι hic de Baucidis popularibus intelligendum: ἀστούς interdum ξείνοις opponi cum ex hoc tum ex aliis scriptorum locis constat, Pind. Pyth. 4. 138: ξείνος αἴτ' ὦν ἀστός. V. 6. Cod. χῶτι πατήρ et Βρυκίδα exhibet. At Heringa de Baucide, ejus tristem casum Erinna alio epigrammate deplorat, cogitans, hujus puellae nomen reposuit. V. 7. Vaticanae membr. τῆω δωσειδωντι. quod leviter immutatum Ienius et Reiskius ita ediderunt: τῆνιδως εἰδῶντι. Heringa in ista litterarum confusione patriae designationem quaerens Τηνία, ὡς εἰδῶντι exhibuit; Reiskius autem illustris gentis nomen in his latere suspicatus, τῶν Ἰαμειδῶν aut Ἰαμιδῶν ἦν conjecit. Brunckius vero

eleganter, at toto coelo a codicis scriptura aberrans, τῆνω εὐγενὲς ἐντί effinxit. Jacobsius demum, dum nimiae licentiae Brunckium arguit, ipse incidit in conjecturam non minus arbitrariam, neque propius ad Codicis lectionem accedentem χῶτι γένος κῆν αἶδεω Φίλων ἐντ', quod ita interpretatur: *parentes mihi etiam in Orco habitanti caros esse.* At unicuique carminis argumentum consideranti ultro obrepit suspicio, nomen, quo vel patris vel filiae origo designetur, ut sententiarum nexus necessario postulat, hac litterarum farragine contineri. Quod quum persuasum haberemus neque ulla harum emendationum talis nobis videretur, in qua sine offensione acquiescere possemus, aliorum conjecturis nostram quoque adjecimus. Exhibuimus itaque τῆνω Δωσιάδα ἔντι, quod non longo a Cod. scriptura aberrare et sensum satis aptum praebere putamus. Similitudo litterarum in τῆνω quod Brunckio debetur et τῆως in oculos incurrit; mox in Cod. scriptura δωσειδωντι non nisi duae litterae immutandae, ut efferatur nostrum Δωσιάδα ἔντι, quarum altera certe α cum ω propter similitudinem crebro confunditur, alterius ε cum α permutatio etsi rarior est, facile tamen librariorum inscitiae multum in efferendis

nominihus peccantium tribui poterit. De frequente litterarum transpositione ne monere quidem opus est. Δωσιάδης nomen notissimum. At minus mihi probatur ista emendatio propterea, quod, si ita legamus, non puellae genus, ut exspectabamus, sed patris praeter expectationem indicatur. Alteram igitur emendationem ubi puellae et patria et genus apparerent, periclitatus sum, ita vexatum locum exhibens: *Χ' ὅτι γένος Τηϊῶ Δωσιάδα ἔντι. et genus (mihī) Τειῖ Δοσιadis esse.* Dosiades hic appellaretur Baucidis pater, ita, ut, indicata hujus origine, simul designaretur parens et patria puellae. Τηϊῶ quod esset dor. genit, et tribus vulgo syllabis pronuntiandum, hic duabus per synizesin dicendum ut Hom. II. β. 415. Διδυαλίεν περῆσαι δὲ πρὸς δήτιο θυρετρα; eodem libr. v. 544, Θάρκκας φῆξεν δήτων ἀμφὶ στήθεσσι. Od. e. 266. Τὸν ἕτερον, ἕτερον δ' ὕδατος μέγαν ἐν δὲ καὶ ἦτα. Accedit et illud quod Erinna a quibusdam scriptoribus Teia dicitur, unde admodum fit probabile, poetricam hocce carmen in popularis suae memoriam fudisse. At fortasse nihil fere in Cod. mutandum et omissio verbo, sic efferendum *Χ' ὅτι γένος Τηϊῶν Δωσειδῶντι et genus Teium (esse) Doseidonti (scil. patri meo)*

Nomen Δωσειδῶν, etsi apud scriptores non invenitur, tamen propterea non rejiciendum; nam illud facile ad instar aliorum ut *Ξενοφῶν, Ἴεφῶν, ὦντες* efformari potuisse, satis credibile est. At si cui insolitum nomen offensionem est, ita hunc locum exhibeat: *Χ' ὅτι γένος Τηϊῶν Δωσιάδα ἔντι, genus Teium Dosiadi (patri meo) esse, sive Χ' ὅτι γένος Τηϊῶν Δωσιάδα ἔντι, genus Teium Dosiadis (mihī) esse;* utrumque enim sententiarum nexus admittit. Sentio tamen, quo plures proferantur conjecturae, eo magis emendandi probabilitatem in dubium vocari.

#### IV.

*εἰς Βαυκίδα τὴν νύμφαν, ἐν τῷ θαλάμῳ τελευτήσασαν.*

*Νύμφας Βαυκίδος ἐμμί· πολυκλαύταν δὲ παρέρπων  
στάλαν, τῷ κατὰ γᾶς τοῦτο λέγεις Ἄϊδα·  
Βάσκανός ἐσ' Ἄϊδα· τόδε δεικελα τὰ μ' ἐφορῶντι  
ἀμύταται Βαυκοῦς ἀγγελέοντι τύχαι·  
ὡς τὰν παῖδ' Ὑμέναιος ἐφ' αἷς ηἶδετο πείκαις  
ταῖσδ' ἐπὶ καδστὰς ἔφλεγε πυρκαϊᾶς·  
καὶ σὺ μὲν, ὦ Ὑμέναιε γάμων μολπαῖον ἀειδάν·  
εἰς θρήνων γοερὸν φθέγμα μεθηρημόσσο.*

*Baucidis puellae sum; quicumque autem adis flebilem huncce cippum, Orco, qui sub terra est, hoc dicit: invidus es Orce. Istud imaginem meam inspicenti crudelissimus Baucidis nuntiabit casus: ad quas enim facies Hymenaeus canebatur, iisdem funeris curator puellam cremavit super rogo; et tu, o Hymenae, nuptiarum argutum cunctum in naeniarum lugubres sonos mutasti.*

Praestantissimo hoc carmine Erinna tristissimum Baucidis, sodalis suae, casum deplorat. Ipsum puellae sepulcrum inducitur loquens, et titulis suis crudelissimam Baucidis sortem, utpote inter medios nuptiarum apparatus praematura morte extinctae, viatori indicans.

Legitur hoc epigramma in Cod. Vat. p. 319. Ex eadem Agathii Collectione editum est a Godofr. Oleario in diss. de Poetr. p. 30, unde a Wolfio repetitum est. In emendando autem carmine limatissimi ingenii viri, Heringa in Obs. p. 197., Toupius in Em. ad Suidam p. 508, Reiskius in Anthol. p. 123., nr. 676, Brunckius, in Anal. l. c., Jacobsius in Anthol. l. c., operam contulerunt. Comparat Jacobsius similis argu-

menti epigr. Meleagri Anth. Jacobs 1. p. 38 n. 125. Contulisse juvabit etiam Theodorid. ep. 16 et 18, Anth. Jacobs. II. p. 46 et Parmen. ep. 13. 14. 11. p. 186 et Incerti 739. IV. 278. a Schneidero laudata. V. I. Wolfius, Beiskius secundum membranarum scripturam εἰμὶ exhibent, quod ex Doricae dialecti indole in ἐμμὶ a Brunckio mutatum. Reiskius πολύκλαυτον, Brunckius πλυκλαύταν profert. At sive hoc, sive illo modo legas, res ad unum redit, nam utriusque formae suppetunt exempla; cf. Pors. Medea Eurip. 822. V. 3. βάσκανος ἐστ' Αἴθα. Ad haec Erinnae verba Leonidam Tarent. respexisse Ep. LXXXI recte monet Ill. Jacobsius, qui simul istam imaginem a pluribus esse repetitam ut in Epigr. Incert. DLXXXII, et DCLVI Φθονερῆ Μοῖρα, item Ep. DCXCV, βάσκανος ᾗλεσε δαίμων, observat. Eadem significatione et Romanos epitheto *invidus* uti, constat e Sen. Herc. furente 524, et ex multis aliis locis. —

Jam sequuntur versus vexatissimi qui multorum criticorum, quorum alii aliud huic loco adhibuerunt remedium, experti sunt acumen. Codicis enim scripturam, τὰ δὲ τρι καλὰ τα μεθ' ὄρωντι Ὅμματα τὰ Βαυκοῦς ἀγγελέοντι τυχαί, servarunt

Olearius, Wolfius, Jensius, at hic τὰ post καλὰ omit-  
tit. Quid sibi tamen voluerit Wolfius lectione τὰδε  
τοι κ. τὰ μεθορῶντι Ὀμμ. τὰ Β. ἀγγελέοντι (sic)  
τύχαι, ne ex interpretatione quidem latina, quam ad-  
jecit: *sed Baucis lumina limis inspectanti oculis in-  
vida fata favent*, intelligi potest. Quin adeo condem-  
natur haec scriptura ea ipsa Sylburgii nota ad Etym.  
M, v. ἀγῆλαι. quam sui defendendi gratia adfert  
Wolfius. Cf. Erinn. fr. ed. Wolf. p. 23, n. 3. At  
Heringa, duplici genitivi forma in tam exiguo carmine  
obvia offensus et ridicule nomine Βαυκοῦς sponsum  
vel maritum puellae designari suspicatus, locum sic  
exhibuit: τὰ δὲ τοι καλὰ τῶ μ' ἐφορῶντι Ὀμματα  
τὰν Βαυκοῦς ἀγ. τίχαν. Atque exstat omnino nomen  
masculinum Βαῦκισ, quo athleta quidam Troezenius  
apud Pausan. 6, 8. 4 et 5 appellatur, sed constanter  
in genitivo Βαύκιδος habet. Recte itaque Brunckius  
Βαυκίς et Βαυκῶ diversas ejusdem nominis esse for-  
mas observat, at nimis licenter haec ita effert: τὰ δὲ  
τοι καλὰ μευ ποθορῶντι ἁμοτάταν Βαυκοῦς ἀγ. τ.  
hac interpretatione adjecta: *pulcra haec mea ornamen-  
ta inspicienti tibi crudelissimum Bauconis, sive Bau-  
cidis nuntiant casum*. Iacobsius denique partim o

Brunckiani apographi lectione ἄμματα τὰν Β, quam  
Salmasio deberi suspicatur, partim e Cod. scriptura  
ἄμματα τὰ Β. duas emendationes exhibuit alteram:  
τὰ δὲ ποικίλα γράμμαθ' ὄρῶντι ἁμοτάταν Β. ἀγ. τ.,  
alteram: τὰ δὲ ποικίλα μευ ποθορῶντι Σάματα τὰν  
Β. ἀγ. τ. Nobis paulo aliter res expedienda videtur.  
Minus enim attenderunt critici ad praecedentem sen-  
tentiam βᾶσκαίος ἔσσ' Αἶδα, ad quam pronomen τὰδε  
manifeste respicit, neque satis concinne ad ἀγγελείο-  
τι nominativum in neutro plur. quaesiverunt, qui in  
Codicis scriptura τύχα lateret. Quae quum perpendis-  
semus, ita locum exhibuimus: τόδε (scil. ὅτι Αἶδης βᾶτ-  
κανός ἐστι) δείκελα τὰμ' ἐφορῶντι ἁμοτάται Β.  
ἀγγελέοντι τύχαι: *istud signa mea inspicienti crude-  
lissimus Baucidis casus nuntiabit*. Vel τὰδε, quod  
exhibet Cod., eodem sensu ac τόδε. servari posset, at  
illud mutavimus ne ad δείκελα traheretur. Δείκελον  
sive δείκηλοι, quum derivetur a δείκνυμι, est omne  
id, quod rem aliquam designat vel imitatur, ergo idem  
valet ac simulacrum; signum, imago. Suidas enim  
hanc vocem ita explicat: δέικηλα, μιμήματα, εἰκά-  
σματα. Neque aliter Hesychius: ἔγαλμα ἀνδρεί-  
τος, ἐκτύπωμα, ὁμοῶμα εἶδωλον, μίμημα, ἀνδρείας,

ζώδιον, Φάσμα, ἔψι. Cf. Anth. Pal 5, 262. Lycophr. 1179, Anth. Pal. 9, 153, Herod. 2, 171: ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δεικῆλα τῶν παθίων αὐτοῦ νυκτὸς πικέουσι, τὰ καλέουσι μυστήρια Αἰγύπτου. Itaque nostro in loco hoc vocabulo signa quaedam symbolica tum nuptiarum tum sepulturae caerimoniae repraesentantia indicari, putandum est. Τὰ ἐμά Sepulcrum enim, quia ejus sunt haec verba, viatori signa sibi adpicta aut insculpta, monstrare fingitur. At si cui minus probetur τὰ δεικῆλα, ut nimis a Cod. scriptura abhorrens, haec sic legat, per nos licet: τόδε vel τάδε τοι καλὰ τὰμ' ἐφορῶντι ὠμόταται etc., *istud tibi ornamenta meo inspicienti crudelissimus B. nuntiabit casus.* Τὰ καλὰ de rebus pulcris sive ornamentis hic intelligendum, uti sumpserat Brunckius. — VV. 5. et 6. Non minus negotii etiam hi duo versus interpretibus facessiverunt, primum quod lacuna post ἐφ' αἷς lectorem offenderet, tum quod structura paulo impeditior videretur, denique quod ambigeretur, quinam voce κηδεστῆς designaretur. — Cod. Vat. ὡς τὰν παῖδ' Ὑμέναιος ἐφ' αἷς . . ἦδετο πεύκαις τάνδ' ἐπὶ κηδεστῆς ἐφλεγε πυρκαϊᾶς exhibet. In quibusdam apogr. initio prioris versus legitur ὡς,

Salmasius pro ἐφ' αἷς scribit ὑφ' αἷς. Lacunam autem post ἐφ' αἷς alii aliter suppleverunt. Heringa et La Crozius ἐφ' αἷς πάροις, Olear. καλῶς tentarunt. Reiskius, ὡ τὰν παῖδ' Ὑμέναιος ἐφ' ἄσχεδὸν ἦδετο πεύκαις, τᾶδ' ἐπὶ κηλείαις ἔ. π. Toupius, ἢ τὰν παῖδ', Ὑμέναιος ἐφ' αἷς πολὺς ἦδετο πεύκαις, τᾶδ' ἐπὶ κηδεστῆς ἔ. π. Brunckius, ὡς τὴν παῖδ' Ὑ. ἐφ' αἷς δέμον ἦγετο πεύκαις, τᾶιδ' ἐπὶ κηδεστῆς ἔ. π. Jacobsius. αἷς τὰν παῖδ' Ὑ. ἐφέσπερος ἦγετο πεύκαις. τᾶιδ' ἐπὶ κ. ἔ. πυρκαϊᾶς, hac interpretatione adjuncta: *quibus facibus Hymenaeus puellam in sponsi domum duxerat, iisdem ejus sive pater sive sponsus rogam accendit.* Quam quidem lectionem etsi elegantissimam esse et sententiam aptam fundere concedo, tamen minus arte cum antecedendibus cohaerere videtur. Nam sententiarum nexus flagitare videtur, ut afferatur causa, cur Orcus invidiae arguatur, et simul demonstratur, quinam casus illius iniquitatem testetur. Itaque ὡς necessario retinendum putamus, et totum locum, lacunam longiori ejusdem verbi, quod in Cod. legitur, forma explentes, sic exhibemus: ὡς τὰν παῖδ', Ὑμέναιος ἐφ' αἷς ἦείδετο πεύκαις, τᾶιδ' ἐπὶ κ. ἔ. πυρκαϊᾶς: *nam ad quas faces Hymenaeus canebatur,*

*iisdem funeris curator puellam cremavit super rogo.* Hic nihil a nobis immutatum, nisi quod in principio posterioris versus τᾶνδ' pro Cod. scriptura τάνδ' reposuimus. Nolim equidem hic sub voce κηδεστῆς patrem vel sponsum intelligi; imo si de funeris curatore hoc accipias, jam multo gravior sit oppositio inter nuptiarum caerimonias et funeris apparatus. Nescio an minus probanda sit alia emendatio, qua tota sententia paulo aliter concipienda est: ὡς τάν παδ', Ὑμέναιος ἐφ' ᾧς ἐζήπτετο πέυκαί, τάνδ' ἐπὶ κ. ἔ. πυρκαϊᾶς, *nam puellam, super qua Hymenaeus accenderit fuces, eam super rogo cremavit funeris curator.* — V. 7. Cod. *μολπαῖα*: exhibet, quod epitheton, quoniam desideretur in edit. Jens., ab Oleario suppletum esse falso suspicatur Reiskius. Mirum profecto videtur, ultimae syllabae in *μολπαῖαν* quae alioquin constanter producatur, correctionem nemini offensionem fuisse. Quod quum vix ferri posse putarem et summa praeterea in offerendis eiusmodi adjectivis librorum inconstantia moveremur, *μολπαῖα* ex analogia adjectivorum duarum terminationum, licet destitueremur exemplis, repone auri sumus. V. 8. Reiskius finem in hoc carmine desirari censet, quod particulae μ' nihil respondeat.

At antithesin saepius omitti praesertim post pronomina personalia et demonstrativa, constate multis exemplis. —

---

## CORRIGENDA.

Pag.	4.	l.	4.	leg.	Olympiadem pr. Olimpiadem
—	10.	l.	14.	leg.	Ἡρινύ pr. Ἡρινύ
—	12.	l.	8.	leg.	ταύτης pr. ταύτης
—	18.	l.	5.	leg.	quae pr. quaae
—	19.	l.	2. 18.	leg.	ἦ pr. ἦ
—	28.	l.	7.	leg.	observat pr. observa
—	31.	l.	8.	leg.	flexiones pr. flexiones
—	—	l.	10.	leg.	me-delam pr. me-am
—	32.	l.	6.	leg.	feminini pr. femmini
—	33.	ll.	8.9.12.	leg.	ἀ γαίης pr. ἄ γαίης
—	39.	l.	6.	leg.	Woltius pr. Wofius
—	42.	l.	13.	leg.	ἐπιφάδων pr. ἐπιφάδων
—	45.	l.	45.	leg.	Wolfius, Brunckius pr. Wolfius B,runckius
—	48.	l.	18.	leg.	ἀπαλός pr. ἀπαλος
—	57.	l.	5.	leg.	χῶτι pr. χῶτι
—	—	l.	17.	leg.	τήνα pr. τήνα
—	—	l.	20.	leg.	Δωσιάδα ντι, pr. Δωσιάδα ντι
—	58.	ll.	8. 22. et p. 59.	ll. 5. 7. leg.	χῶτι pr. χῶτι
—	61.	l.	5.	leg.	Reiskius pr. Beiskius
—	52.	l.	20.	leg.	καλά μιν pr. καλά μιν
—	66.	l.	49.	leg.	effendis pr. offerendis,